GC
942
G79C,
V.2,
PT.1

M. L

REYNOLDS HISTORICAL
GENEALOGY COLLECTION

Gc

ALLEN COUNTY PUBLIC LIBRARY
3 1833 03083 2759

GC
942
G79C,
V.2,
PT.1

CALENDARIUM GENEALOGICUM.

HENRY III. AND EDWARD I.

IN TWO VOLUMES.

VOL. II.

Pt. 1

EDITED BY

CHARLES ROBERTS,

SECRETARY OF THE PUBLIC RECORD OFFICE.

PUBLISHED BY AUTHORITY OF THE LORDS COMMISSIONERS OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

LONDON:
LONGMANS, GREEN, READER, AND DYER.
1865.

E69.37

1648459

CALENDARIUM GENEALOGICUM.

* is prefixed to such Documents as are not noticed in the Calendar printed by the Record Commissioners in 1806, or have been added to the series since their publication.

† is prefixed to such Documents as are, in the same Calendar, placed in the wrong year, and are now removed to the right year.

‡ is prefixed to such Documents as are without date, or where the date is doubtful from obliteration or decay.

21° *Edw. I.*

1. Walterus Avenyng. *Inq. p. m.*

Simon Avenyng filius prædicti Walteri est hæres ejus propinquior, et ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ proximo præteritum fuit ætatis viginti et septem annorum. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 18.]

2. *Decst.* [Willielmus de Hally.]

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 12. Quia Willielmus Hally qui de Rege tenuit in capite diem clausit extremum, ut Rex accepit, mandatum est, *&c.*

Rot. Fin., 22 *Edw. I. m.* 22. Rex cepit homagium Willielmi Hally de comitatu Derb', consanguinei et hæredis Willielmi Hally defuncti, de omnibus terris et tenementis quæ idem Willielmus avus suus tenuit de Rege in capite die quo obiit.]

3. Adam de Levington'. *Inq. p. m.*

Idem Adam tenuit manerium suum de Westlevington' cum pertinentiis de domina Sarra de Paveley quondam uxore domini Ricardi de Levington'. * Et eadem domina Sarra habet dominium illius terræ, nomine dotis, ad terminum vitæ suæ de tenemento quod fuit prædicti Ricardi quondam viri sui. * Hugo filius prædicti Adæ est propinquior hæres ejus, et est de ætate decem et octo annorum. Cumberland'.

4. Petrus de Escudamor. *Inq. p. m.*

Alesia de Beauvent 'filia ejusdem Petri' propinquior hæres ejus est et plenæ ætatis. Wiltes'.

5. Adam de Bavent *defunctus* et Alesia quæ fuit uxor ejus. *De terris quas iidem Adam et Alesia conjunctim tenuerunt die quo dictus Adam obiit.* Sussex'.

6. RADULPHUS FILIUS ET HÆRES PETRI DE GOUSIL *alias* GOUSEL. *De homagio et servitio suo.*

7. WALTERUS DE KANTIA, *defunctus. De terris quas hæredes prædicti Walteri tenent.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod hæredes prædicti Walteri nullas terras neque tenementa in comitatu prædicto tenent quæ fuerunt prædicti Walteri die quo obiit; quia dicunt quod prædictus Walterus tenuit quandam terram sine messuagio apud Bercacre in Bruge quæ valet per annum in omnibus exitibus quadraginta et septem solidos et sex denarios, quæ quidem terra post mortem prædicti Walteri descendebat cuidam Johanni fratri suo, qui quidem Johannes obiit sine hærede de se; post cujus mortem terra prædicta descendebat quinque sororibus ejusdem Johannis quæ terram illam alienaverunt. Cant'.

8. JOHANNES DE MOESE. *Inq. p. m.*

Thomas de Moese, frater prædicti Johannis, est hæres ejusdem Johannis propinquior, et est ætatis viginti et quinque annorum et amplius. Middlesex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 3 *Edw. I. m.* 23.]

9. MARGERIA QUÆ FUIT UXOR RICARDI DE PLESSETIS *alias* PLESETIS. *Inq. p. m.*

Eadem Margeria tenuit die quo obiit, nomine dotis, in villa de Enefeud in comitatu Middlesex' tertiam partem messuagii quod fuit prædicti Ricardi quondam viri sui, *&c.* * * Et debent prædictæ terræ et tenementa revertere Avelynæ quæ fuit uxor Johannis Durant et Emmæ uxori Johannis Heyron ut 'sororibus et' hæredibus dicti domini Ricardi de Plessetis `plenæ ætatis,' pro quibus terris et tenementis dicti Johannes et Johannes fecerunt homagium dominis capitalibus feodi. Middlesex'.

[*Vide a°* 17 *Edw. I. n°* 21.]

10. THOMAS DE EVERCY *alias* DEVERCY *miles. Inq. p. m.*

Thomas filius Thomæ filii Thomæ Devercy militis propinquior hæres ejus est, et est ætatis viginti et trium annorum. Gloucestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 6.]

11. THOMAS DE LA TOUR. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Thomas de La Tour habuit in Minestoke in comitatu Suthampton' quosdam tenentes die quo obiit, quos tenentes dominus Henricus Rex, pater domini Regis nunc, dedit Henrico de Turri avunculo prædicti Thomæ de terris Normannorum. * * Item dicunt quod Thomas filius Thomæ de La Tour propinquior hæres est: et fuit de ætate quinque annorum in proximo festo Sancti Dunstani præterito. Southampton'.

12. DIONISIA BEAUPEL *alias* BYAUPEYL, *quæ tenuit de hærede Roberti Walraund infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/calendariumgenea21grea

Radulphus Byaupeyl filius dictæ Dyonisiæ est propinquior hæres prædictæ Dyonisiæ, et est de ætate triginta annorum et amplius. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 3.]

13. Alexander Rex Scotiæ, *defunctus. De terris quas tenuit de Rege Angliæ, &c.*

Johannes de Balliolo est propinquior hæres ejus, et est de ætate triginta annorum et amplius. Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 22 *Edw. I. m.* 22.]

14. Willielmus Le Breton' *alias* Bretun. *Inq. p. m.*

Ricardus filius Willielmi Le Bretun propinquior hæres ejusdem Willielmi est, et est ætatis triginta annorum et amplius. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 11.]

15. Willielmus David *alias* Davy *alias* Davyd. *Inq. p. m.*

Robertus Davyd filius prædicti Willielmi est hæres ejus propinquior et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 13.]

16. Henricus Le Serjaunt de Ulvesby *alias* Ullisby, *qui tenuit per legem Angliæ de hæreditate Editheæ de Ulvesby quondam uxoris suæ. Inq. p. m.*

Alexander filius ejus est propinquior hæres ejus, et est de ætate quadraginta annorum. Cumberland'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 25.]

17. Henricus de Welles. *Inq. p. m.*

Thomas filius dicti Henrici est propinquior hæres ejus et de ætate decem annorum. [*Inquisitio facta anno* 22°.] Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 22 *Edw. I. m.* 2.]

18. Petrus Le Chaumbereleyn *alias* Chaumberleng'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Petrus Le Chaumberleng prædictus tenuit in Fayntre per legem Angliæ de hæreditate Isabellæ uxoris suæ octavam partem duarum carucatarum terræ. * * Dicunt etiam quod Ricardus filius Petri prædicti et Isabellæ est eorum propinquior hæres, et est de ætate viginti et sex annorum. Salop'.

[*Vide Rot. Fin.*, 20 *Edw. I. m.* 14 ; *et* 21 *Edw. I. m.* 19.]

19. Thomas de Morton'. *Inq. p. m.*

Idem Thomas habuit quendam filium, Alanum nomine, et duxit uxorem, et ignorant [juratores] si sit prægnans, necne ; et si non, dicunt quod Johannes frater prædicti Alani proximus hæres est et de plena ætate. Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 4.]

20. Benedictus Le Vilur *alias* Vylur. *De morte ejus.* [*Inquisitio capta anno* 20°.]

Dicunt etiam [juratores] quod Benedictus Le Vylur prænominatus fuit apud Melcheburne ad congregationem Hospitalariorum proximo ibidem factam post festum Sancti Michaelis anno regni Regis Edwardi nono decimo. Et ibidem die Lunæ proxima post congregationem prædictam ad noctem vulneratus fuit, et die Martis in crastino circa horam primam obiit: sed quis eundem Benedictum sic vulneravit et interfecit et qualiter et quo modo, hoc ignorant, sed bene dicunt quod se ipsum non interfecit. Buckingham'.

Item, de tenura, et hærede ejus. [*Inquisitio facta anno* 21°.]

Johannes filius prædicti Benedicti propinquior hæres est, et fuit ad festum Sancti Jacobi præteritum anno regni Regis Edwardi vicesimo de ætate trium annorum. Buckingham'.

21. Nicholaus Durdent *alias* Duredant. *Inq. p. m.*

Johannes filius Nicholai Durdent est propinquior hæres dicti Nicholai, et fuit de ætate novemdecim annorum ad festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ proximo præteritum. *Quædam Agnes Durdent dotata est.* [*Inquisitio facta* 6° *die Septembris a*° 21°.] Southampton'.

Johannes Duredant filius prædicti Nicholai Duredant est propinquior hæres, et erit de ætate novemdecim annorum in festo Purificationis Beatæ Mariæ proximo futuro. [*Inquisitio facta die Dominica ante festum Nat'* [*Natalis vel Nativitatis*] *Beatæ Mariæ a*° 21°.]

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 18.]

22. Audoenus de La Pole. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Audoenus tenuit villam de La Pole de domino Rege in capite die quo obiit per servitium Baroniæ de La Pole. * * Domina Hawisia de La Pole percipit tertiam partem in dotem. Item dicunt quod Griffinus filius prædicti Audoeni est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis duorum annorum die Dominica in Ramis Palmarum proxima præterita. [*Inquisitio facta die Sancti Andreæ Apostoli a*° 22.]

[*Vide Rot. Fin.*, 22 *Edw. I. m.* 20; *et* 23 *Edw. I. m.* 17.]

23 *a*. Johannes de Eslington' *alias* Esselinton'. *Inq. p. m.*

Robertus de Esselinton' filius prædicti Johannis est ejus propinquior hæres, et est de ætate viginti duorum annorum et amplius. Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 18.]

23 *b*. Robertus de Draycote *alias* Dracote, *qui tenuit de hærede Hugonis Lovel infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Roberti est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis 'undecim annorum' ad festum Sancti Laurentii anno regni Regis Edwardi vicesimo. Somerset'.

24. ALANUS DE PENINGTON' *alias* PENYGTON'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod idem Alanus tenuit in Bochardeby de domino Rege de hæreditate Johannæ uxoris ejus sexdecim acras terræ, *&c.* * * Dicunt quod Johannes filius ejus est propinquior hæres, et est ætatis quindecim annorum.

Cumberland'.

25. DOMINA MATILDIS DE MULTON' *alias* MULETON' *alias* MOLETON'. *Inq. p. m.*

Tenuit [dicta Matildis] maneria de Sevenhampton' et Ayshulle de Jacobo de Muleton' filio suo ad vitam ipsius Matildis. * * De hærede prædictæ Matildis et ejus ætate ignorant [juratores].

Somerset'.

Prædicta Matildis de Multon' tenuit de domino Huberto filio suo manerium de Surligham cum pertinentiis ad terminum vitæ dictæ Matildis. Norfolc'.

Thomas filius Thomæ de Moleton' est hæres dictæ Matildis propinquior, et est ætatis triginta annorum et amplius. Suffolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 21 *et m.* 11.]

26. PETRUS DE LA HAYE. *Inq. p. m.*

Eustachia de Cauntilo uxor Willielmi de Ros est hæres ejus propinquior, et est ætatis triginta annorum. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 22.]

27. ROBERTUS DE ELEFORD'. *Inq. p. m.*

Robertus de Eleford, filius primogenitus prædicti Roberti, ... [est hæres] propinquior ipsius Roberti et ætatis triginta annorum et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 22.]

28 *a*. DIONISIA DE STOKES *alias* STHOKES ET ROBERTUS DE STOKES FILIUS EJUS. *De alienatione terrarum.*

28 *b*. SILVESTER DOYGNEL *alias* DOIGNEL *alias* DUYNEL *alias* DOYNEL. *Inq. p. m.*

Petrus filius dicti Silvestri est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis quatuordecim annorum ad festum Sancti Leonardi ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Jovis ante festum Sancti Barnabæ Apostoli.*]

Wiltes'.

Petrus filius prædicti Silvestri est propinquior hæres ejus, et fuit de ætate quatuordecim annorum ad festum Sancti Martini proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Veneris post festum Nat' Sancti Johannis Baptistæ.*] Buckingham'.

Item, MARGARETA QUÆ FUIT UXOR SILVESTRI DOIGNEL. *De terris de quibus dicta Margareta cum Silvestro viro suo conjunctim feoffata fuit.*

29. Ricardus de Cumbe. *Inq. p. m.*

Et sciendum quod prædictus Ricardus de Cumbe et Ricardus filius ejus tenuerunt prædicta tenementa conjunctim feoffati prædictis Ricardo . . . . . filio suo et hæredibus ipsius Ricardi filii sui. Item dicunt [juratores] quod Simon de Cumbe est filius et hæres propinquior prædicti Ricardi de Cumbe defuncti, et est ætatis . . . . . [?xviii.] annorum. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin.*, 22 *Edw. I. m.* 19.]

30. Henricus de Harecurt *alias* Harecort *alias* Harecorth'. *Inq. p. m.*

Margareta filia dicti Henrici de Harecorth' est hæres propinquior ipsius Henrici, et erat ætatis sex annorum ad Pascha proximo præteritum. [*Inquisitio capta* 1° *die Octobris.*] Oxon'.

31. Magister Johannes de Brideport. *Inq. p. m.*

Johannes filius Galfridi Marescalli propinquior hæres ejus est, et est de ætate quadraginta annorum. Dorset'.

[*Vide Rot. Fin.*, 22 *Edw. I. m.* 23.]

32. Johannes de Brywes, *defunctus*. *De feoffamento, &c.*

Johannes de Brywys concessit Roberto Burnel Wellen' et Bathon' Episcopo maritagium Beatricis filiæ suæ. * * Dictus Johannes de Brywes feoffavit Thomam de Button' tunc Archidiaconum Wellen' de maneriis de Stapele et Corilond' : * * postea idem Thomas feoffavit Johannem de Brywes et Beatricem filiam ejusdem Johannis de prædictis maneriis, habenda et tenenda dicta maneria dictis Johanni et Beatrici filiæ suæ et hæredibus dictæ Beatricis ; et post seisinam dicti Johannis per unum annum elapsum venit dominus Robertus Burnel tunc Episcopus Bathoniæ et maritavit Robertum Burnel, nepotem suum, dictæ Beatrici per assensum et voluntatem dicti Johannis, mortuo dicto Johanne. Idem Robertus Burnel, nepos dicti Episcopi, est de ætate viginti unius anni et amplius ; et Beatrix uxor ejus est de ætate septendecim annorum et amplius ; et habent exitum quandam filiam [quendam filium *in Inquis. de Scaccario.*]—*Uxor dicti Johannis de Brywes dotata est.* Somerset'.

[*Vide a°* 4 *Edw. I. n°* 46.]

33. Johannes de La Haye. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod dictus Johannes de La Haye nihil tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit de domino Rege nec de alio : sed dicunt quod Rogerus La Ware qui tenuit manerium de Middeltone de domino Rege in capite, per quod servitium ignorant, in comitatu Sussex', dimisit dictum manerium prædicto Johanni de La Haye et Johannæ uxori ejus ad terminum vitæ prædictorum Johannis et Johannæ. Sussex'.

34. Willielmus Le Graunt *alias* Graund. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Willielmus tenuit prædictum manerium de Est Brigeford' per legem Angliæ de

hæreditate Beatriciæ uxoris Rogeri Le Brabazon, Isabellæ uxoris Johannis de Multon' et Agnetis uxoris Johannis de Caltoft, hæredum Albredæ quondam uxoris prædicti Willielmi Le Grand et quæ plenæ ætatis sunt. * * Dicunt insuper quod Henricus Dux quondam Rex Angliæ dedit prædictum manerium cuidam Mancello Byset et hæredibus suis tenendum de prædicto Rege per homagium. Qui quidam Mancellus postea inde feoffavit quendam Willielmum fratrem suum tenendum sibi et hæredibus suis de prædicto Mancello et hæredibus suis per homagium; unde dicunt quod prædicta Beatrix uxor Rogeri Brabazun et aliæ sunt hæredes prædicti Willielmi fratris prædicti Mancelli. Nottingham'.

Idem Willielmus tenuit quoddam manerium in Athelington' in comitatu prædicto [Lincoln'] ad terminum vitæ de domino Rogero de Brabazun et Beatrice uxore ejus filia Albredæ quondam uxoris ipsius Willielmi Le Graunt per quendam finem, inter quendam Johannem de Bassingburn' et ipsum Willielmum ex una parte et Willielmum de Keleby et prædictam Beatricem quondam uxorem ipsius Willielmi `de Keleby ex altera', in curia domini Regis levatum. * * Reversio terrarum et tenementorum prædictorum spectat ad prædictos Rogerum et Beatricem uxorem ejus ut jus ipsius Beatricis per finem prædictum. Lincoln'.

35. Johannes de Pecham *alias* Pekham. *Inq. p. m.*

Johanna filia prædicti Johannis est propinquior hæres ejus et de ætate unius anni et dimidii. [*Inquisitio capta die Mercurii post festum Sancti Ambrosii.*] Cant'.

Dicunt [juratores] quod dictus Johannes de Pecham habuit duas uxores; de prima uxore genuit Johannam et Mariam; Johanna habuit filium cum domino Nicholao Pessun viro suo, Henricum nomine, qui est unus hæredum et est de ætate novemdecim annorum; Maria habuit virum et habuerunt filium, Adam nomine, et est alius hæredum et de ætate quindecim annorum. Item, de secunda uxore genuit prædictus Johannes unam filiam, Johannam nomine, et est de ætate duorum annorum; et isti tres sunt propinquiores hæredes. [*Inquisitio facta die Jovis post festum Beatæ Mariæ Magdalenæ.*] Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 17; *et* 33 *Edw. I. m.* 15.]

36. Thomas de Molton' *alias* Moleton', de Gillesland'. *Inq. p. m.*

Thomas filius prædicti Thomæ est propinquior ejus hæres, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 21.]

37. Robertus de Waleton'. *Inq. p. m.*

Robertus filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejus, et est ætatis quadraginta annorum. Surr'.

38. Gilbertus de Mikkelham. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod triginta annis elapsis obiit Robertus de Mikleham, pater prædicti Gilberti. Et tempore obitus ejusdem Roberti fuit prædictus Gilbertus filius ejus minoris ætatis; ita

quod Galfridus de La Croyz habuit custodiam et maritagium prædicti Gilberti usque ad legitimam ætatem ejusdem Gilberti. * * Johannes filius prædicti Gilberti est hæres ejus propinquior, et est ætatis viginti et duorum annorum. Surr'.

Dictus Gilbertus tenuit terram in liberum maritagium Alicie uxoris ejus adhuc superstitis. [*Vide n°* 129 *hoc anno.*]

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 1.]

39. Walterus filius Willielmi de Pelham Furneus.

Dicunt [juratores] quod quidam Willielmus filius dicti Walteri est ejus propinquior hæres, et est ætatis novem annorum. Item dicunt quod dictus Walterus obiit die Dominica proxima post festum Translationis Sancti Thomæ Martyris anno Edwardi vicesimo primo. Hertford'.

Alicia mater prædicti Walteri dotata est.

40. Johannes Aleyn *alias* Alayn, *dudum defunctus.*

Dicunt [juratores] quod Rogerus filius ejus primogenitus propinquior ejus hæres sit, et est de ætate viginti trium 'annorum'; die Sabbati proxima ante festum Sanctæ Luciæ Virginis anno regni Regis Henrici patris Regis qui nunc est quinquagesimo quarto natus fuit. Dorset

41. Michael de Rihull' *alias* Rihill'. *Inq. p. m.*

Isabella filia 'prædicti Michaelis' propinquior hæres est, et fuit die Sancti Nicholai anno regni Regis Edwardi vicesimo de ætate quatuordecim annorum. [*Inquisitio facta anno* 20°.]—[*In dorso*] Alicia quæ fuit uxor prædicti Michaelis de Rihull' dotata est. Northumbr'.

Dicunt [juratores] quod Isabella filia prædicti Michaelis de Rihill' et uxor Johannis filii Hugonis est propinquior hæres prædicti Michaelis. Et dicunt quod prædicta Isabella est de ætate quindecim annorum et amplius. [*Inquisitio facta anno* 22°.] Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 22 *Edw. I. m.* 8.]

42. Johannes Dyve *alias* Dive. *Inq. p. m.*

Johanna uxor domini Radulphi de Trehamton' et Elysabet uxor domini Johannis Daubeny sunt propinquiores hæredes dicti Johannis Dyve et sunt de ætate triginta annorum vel plus.

Johanna soror prædicti Johannis Dyve quam Radulphus de Trehamtone habet in uxorem, et Elizabet altera soror ejusdem Johannis Dyve quam Johannes de Aubyni habet in uxorem, sunt hæredes propinquiores præfati Johannis, et sunt de ætate quadraginta annorum et amplius. Hertford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 6.]

43. Johannes de Stokes *alias* Stoke. *Inq. p. m.*

Matilda soror dicti Johannis et Adam filius Agnetis sororis dicti Johannis sunt propinquiores hæredes ejus, et sunt de ætate triginta annorum. Derb'.

Dicunt [jurati] quod prædictus Johannes de Stok' obiit die Martis proxima ante festum Sancti Dionisii anno regni Regis Edwardi vicesimo. Item dicunt quod Matilda soror dicti Johannis de Stok' et Adam filius Agnetis sororis ejusdem Johannis de Stok' sunt propinquiores hæredes et sunt plenæ ætatis. Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 23.]

44. JOHANNES FILIUS AERI *alias* AERY. *Inq. p. m.*

Hugo filius Johannis prædicti est propinquior hæres illius Johannis, et est de ætate triginta annorum. Salop'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 23.]

45. JOHANNES WALERAUND' *alias* WALROND'. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod prædictus Johannes diem clausit extremum die Dominica in Vigilia Nat' [Natalis *vel* Nativitatis] Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi vicesimo, et quod Willielmus Walrond frater prædicti Johannis est propinquior hæres ejus et ætatis quadraginta annorum et amplius. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 21.]

46. RICARDUS DE HARECURT *alias* HARECOURT. *Inq. p. m.*

Idem Ricardus per dimidium annum et amplius ante mortem suam feoffavit quendam Henricum de Harecourt filium suum et Alianoram uxorem dicti Henrici de 24 libratis annui redditus de eodem manerio de Boseworth'. * * Johannes de Harecourt filius ejusdem Ricardi fuit primogenitus ejusdem Ricardi, et est hæres ejus propinquior; qui quidem Johannes fuit ad festum Omnium Sanctorum proximo præteritum de ætate octodecim annorum. Leicestr'.

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Johannes de Harecourt est filius et hæres Ricardi de Harecourt, et erat natus in comitatu Oxon' et ideo ignorant de ætate sua. Stafford'.

47. JOHANNES DE PLANAZ. *Inq. p. m.—lacerata.*

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 15. Quia Rex accepit per inquisitionem, quam per custodes archiepiscopatus Cantuar' fieri fecit, quod Radulphus de Planaz nuper defunctus dum vixit dedit Johanni de Planaz filio suo sex libratas quinque denaratas et unam obolatam terræ et redditus cum pertinentiis in Shorham, habendas et tenendas eidem Johanni et hæredibus suis de corpore suo legitime procreatis, ita quod prædicti terra et redditus cum pertinentiis, si prædictus Johannes sine hærede de se legitime procreato obiret, ad prædictum Radulphum et hæredes suos integre reverterentur, et quod Johanna uxor Henrici Le Parker est filia et hæres prædicti Radulphi et plenæ ætatis, et quod prædicti terra et redditus ad eandem Johannam reverti debent, eo quod prædictus Johannes bastardus fuit et obiit sine hærede de se, et etiam quod terra et redditus prædicti de archiepiscopatu prædicto vacante et in manu regis existente tenentur per servitium militare, cepit Rex fidelitatem prædicti Henrici de prædictis terra et redditu, et eisdem Henrico et Johannæ terram illam et redditum Rex reddidit.]

48. Willielmus de Hertlington'. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [jurati] quod Henricus de Hertlington' est filius Willielmi dicti de Hertlington' et propinquior hæres ipsius. Dicunt etiam quod idem Henricus fuit de ætate viginti unius anni et amplius die quo dictus Willielmus pater suus obiit, scilicet, die Sabbati in vigilia Sancti Thomæ Apostoli anno regni Regis Edwardi vicesimo primo. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 21.]

* 49. Godfridus de Bello Monte. *Inq. p. m.*

Dominus Johannes de Bello Monte est frater et hæres dicti Godefridi propinquior et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Suffolc'.

49. *Item, de terris quas Godfridus de Bello Monte tenuit de hæreditate Ceciliæ de Ferariis quondam uxoris suæ.*

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod dictus Godefridus tenuit manerium de Bockebrok cum pertinentiis de hæreditate Ceciliæ prædictæ, 'sed qualiter nesciunt'; quæ Cecilia tenuit dictum manerium 'die quo obiit' per successionem hæreditatis de honore Cestriæ. Johannes de Ferariis, filius Roberti de Ferariis, est propinquior hæres dictæ Ceciliæ et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. [*Inquisitio facta anno* 22°.] Northampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 22 *Edw. I. m.* 20.]

50. Robertus Burnel Bathon' et Wellens' Episcopus. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod dominus Philippus Burnel propinquior hæres ejus est, et quod est de ætate triginta annorum. Dorset'.

Philippus Burnell', filius Hugonis Burnell', est hæres domini Roberti Bathon' et Wellens' Episcopi, et fuit de ætate viginti quinque annorum die Veneris proximo post festum Sancti Eadmundi Regis anno regni Regis Edwardi vicesimo primo. Stafford'.

Philippus filius Hugonis Burnel, fratris primogeniti prædicti Roberti, est hæres propinquior ipsius Roberti et ætatis viginti et quinque annorum et amplius. Oxon'.

Philippus Burnel est propinquior hæres dicti Roberti, et fuit de ætate viginti octo annorum ad Gulam Augusti anno regni Regis Edwardi vicesimo. Salop'.

Prædictus Robertus diem clausit extremum die Sabbati proxima ante festum Omnium Sanctorum anno regni Regis Edwardi vicesimo. Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 21 *Edw. I. m.* 24.]

51. *Deest.* ——

52. Johannes Le Somenur, *decollatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

53. Thomas Wydye, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

54. Ricardus de Suthchirche *alias* Sucherch'. *De malefactoribus in terris ipsius Ricardi.*

55. Henricus Russel, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

56. Rogerus La Zusche. *De malefactoribus in vivariis ipsius Rogeri.*

57. Radulphus filius Benedicti de Estere Dodderigge, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Benedictus de Estere Dodderege pater prædicti Radulphi ea [tenementa] modo tenet.

58 *a*. Rogerus Le Webbe, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

58 *b*. Henricus Peeres, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

59. Walterus Le Mareschal, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

60. Robertus de Swynesheved, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

61. Alexander Quintyn. *De bosco capto in manum Regis, quem Johannes de Burgo senior qui mortuus est vastavit.*

62. Johannes filius Roberti de Preston', nepos et hæres Henrici de Preston'. *De maritagio suo.*

Johannes filius Roberti de Preston', et hæres Henrici de Preston' defuncti qui de domino Rege tenuit in capite ut de honore Albemarle, maritatus fuit Emmæ filiæ Radulphi de Wellewyk' die Omnium Sanctorum anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici octavo, per Henricum de Preston' cui maritagium pertinebat ratione sex bovatarum terræ cum pertinentiis in Waxham, quæ Robertus de Preston', pater prædicti Johannis cujus hæres ipse est, tenuit de prædicto Henrico per servitium militare. Ebor'.

63. Johannes Le Waleys, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

64. Thomas de Weyland, *qui pro felonia abjuravit regnum. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Tenuit [dictus Thomas] de Johanne de Cheselford' qui mortuus est; et Matilda filia ejus propinquior hæres ejus est. Suffolc'.

65. Prior et Conventus Sanctæ Katherinæ extra Lincoln'. *Inq. ad q. d.*

66. Henricus Russel, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Henricus Russel, de Penkith', suspensus fuit apud Lancastriam pro felonia quam fecit, scilicet, in septimana proxima ante festum Nat' [Natalis *vel* Nativitatis] Sancti Johannis Baptistæ anno regni Regis Edwardi vicesimo.

67. Mathæus Le Packere, *defunctus. De terra, quam idem Mathæus dedit in liberum maritagium cum Matilda filia sua, in manum Regis capta ratione mortis prædicti Mathæi.*

Mathæus Le Packer' de Bristoll' perquisivit quoddam messuagium cum pertinentiis in Bristoll' de Johanne de La Corderie, obtinendo illud messuagium cum pertinentiis in plena et pacifica seisina: et postea

dictus Mathæus dedit et concessit dictum messuagium cum pertinentiis prædicto Johanni de La Corderie et Matildæ filiæ ipsius Mathæi et eorum hæredibus inter eos legitime procreatis. * * Constabularius et Ballivi [Bristoll'] post mortem prædicti Johannis ceperunt dictum messuagium in manu domini Regis, salvo jure cujuslibet, pro eo quod dicta Matilda et Ricardus filius et hæres dicti Mathæi et Ricardus frater prædicti Johannis defuncti clamaverunt jus in prædicto messuagio.

68. Willielmus Fraunk'—*pro* Priore et Fratribus ordinis Sancti Augustini de Lincoln'. *Inq. ad q. d.*

69. Johannes de Goushill' *alias* Goussull', *utlagatus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent. Dictus Johannes tenuit quendam redditum de Waltero de Goussull' fratre suo.*

70. Johannes Crispyn *alias* Crisping, *clericus, felo. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

71. Prior et Conventus de Lenn'. *Inq. ad q. d.*

72. Galfridus Shirlock, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

73. Abbas et Conventus de Suleby—*pro* Abbate et Conventu de Seleby. *Inq. ad q. d.*

74. R. London' Episcopus et Ricardus de Iselham Clericus—*pro* Fratribus de Monte Carmeli [in Maldon']. *Inq. ad q. d.*

75. G. Episcopus Wigorn'—*pro* Monialibus de Wiston' juxta Wigorn'. *Inq. ad q. d.*

76. Ricardus de Chelesham, *defunctus. De custodia terræ et hæredis ejus.*

77. Willielmus de La Haye—*pro* Priore et Fratribus Prædicatoribus Cantebr'. *Inq. ad q. d.*

78. Hugo Le Despenser. *Inq. ad q. d.*

79. Fratres Minores Colecestr'. *Inq. ad q. d.*

80. Stephanus de London'—*pro* Abbate de Forde. *Inq. ad q. d.*

‡ 81. R. Episcopus London'—*pro* Priore et Fratribus de Monte Carmeli, Cantebrigg'. *Inq. ad q. d.*

82. Nicholaus de Warewyk'—*pro* Priore et Conventu de Kenilleworth'. *Inq. ad q. d.*

83. Robertus de Westerfeld', *fugitivus. De terris captis in manum Regis ratione transgressionis dicti Roberti.*

Robertus de Westerfeld' feoffavit Johannam uxorem Humfridi de Denhardestone die Sancti Botulphi Abbatis anno regni Regis Edwardi sextodecimo de uno messuagio quadraginta acris terræ et dimidia acra prati cum pertinentiis in Westerfeld' et in Todeham; et commoravit in seisina de prædictis messuagio terra et prato

cum pertinentiis usque diem Veneris proxima post festum Ascensionis Domini anno regni Regis Edwardi vicesimo primo, ad quem diem W. de Redham Vicecomes Suffolc' seisivit prædicta tenementa. * * Dictus Robertus fecit transgressionem prædictam ob quam fugit die Veneris proxima post festum Sancti Gregorii anno regni Regis Edwardi 21°. Suffolc'.

84. Magister Willielmus de Radenore. *De terris datis ecclesiæ Sancti Ethelberti Hereford' ante statutum, &c.*

85. Robertus de Belewe—*pro* Priore et Conventu Wigorn'. *Inq. ad q. d.*

86. Johannes Patrik', *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Agnes de Wytewell' prima uxor dicti Johannis perquisivit illud messuagium [in Normanton'] et illam acram terræ de Rogero de Fanecurt in feodo antequam prædictus Johannes ipsam desponsavit. Roteland'.

87. *De anno* 20° *Edw. I. n°* 168.

88. Thomas Widye, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

89. Prior et Fratres Sanctæ Crucis de Parva Whelvetham. *Inq. ad q. d.*

90. Ricardus de Haleford'. *De tenemento quod tenet de dono Roberti Le Waleys.*

Robertus de Turri fuit antecessor dicti Roberti Le Waleys. Essex'.

91. Ivo de Brampton'—*pro* Abbate et Conventu de Pypwell'. *Inq. ad q. d.*

92. Henricus Le Waleys—*pro* Abbate et Conventu de Cumbe. *Inq. ad q. d.*

93. Martinus Justus—*pro* Priore et Conventu de Gippewico. *Inq. ad q. d.*

94. Thomas de Cadurcis et Johannes de Bircheved—*pro* Abbate et Conventu de Bello Capite. *Inq. ad q. d.*

95. Willielmus de Felton'—*pro* Priore et Conventu de Brinckeburn'. *Inq. ad q. d.*

96. Willielmus Le Herbeiur *alias* Herbeiour, de Chaddesden'. *Inq. ad q. d.*

97. Priorissa de Huntedon'. *Inq. ad q. d.*

98. Johannes Bernard—*pro* Fratribus de ordine Sancti Augustini d Cantebrig'. *Inq. ad q. d.*

99. Abbas et Conventus de Rameseye. *Inq. ad q. d.*

100. David Le Blund — *pro* Laurentio de Sancto Mauro et Sibi uxore ejus. *Inq. ad q. d.*

101. Prior Sancti Andreæ Northampton'. *De terris ad manum mortuam adquisitis.*

102. Willielmus Roscelyn — *pro* Abbate et Conventu de Pratell'. *Inq. ad q. d.*

103. Thomas de Baiocis — *pro* Priorissa et Conventu de Stainfeld'. *Inq. ad q. d.*

104. Rogerus filius Osberti de Sumerleton' — *pro* ecclesia Sancti Johannis de Beverley. *Inq. ad q. d.*

105. Thomas de Chaundelan, *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

106. Nicholaus Le Ussher—*pro* Priore et Conventu Cantuar'. *Inq. ad q. d.*

107. Prior de Cruce Roesiæ. *De malefactoribus qui feriam dicti Prioris turbaverunt.*

108. *De anno* 18° *Edw. I. n°* 156.

109. Ricardus de Arderne, nuper Custos forestæ de Clyve, *defunctus. De valore custodiæ forestæ.*

110. Johannes de Insula, *Clericus — pro* capella de Burton' in Insula Vecta. *Inq. ad q. d.*

111. Isabella quæ fuit uxor Warini de Bassingburn'—*pro* Johanne de Berewyk'. *Inq. ad q. d.*

112. Henricus de Sobiry *alias* Subbiry et Alicia uxor ejus. *Inq. p. m.*

Inquisitio de terris et tenementis quæ Henricus de Subbiry et Alicia uxor ejus tenuerunt de hæreditate Stephani de Oystergate primi viri dictæ Aliciæ. * * Alicia et Roeisia filiæ Agnetis filiæ prædictorum Henrici et Aliciæ sunt propinquiores hæredes ipsius Henrici; et dicta Alicia est ætatis tredecim annorum et dicta Roysea est ætatis decem annorum. London'.

Tenementa quæ fuerunt dicti Stephani de Oystergate ad Regem Henricum tertium pertinuerunt per forisfacturam Johannis de Oistergate filii et hæredis prædicti Stephani.

113. Henricus de Newerk', decanus Ebor'—*pro* Priore et Conventu Sanctæ Katherinæ extra Lincoln'. *Inq. ad q. d.*

114. Magister Philippus Le Cornwaleys, Archidiaconus Winton'—*pro* capella in cimiterio Sancti Austoli. *Inq. ad q. d.*

115. Henricus de Notingham'—*pro* Priorissa et Monialibus de Gratia Dei. *Inq. ad q. d.*

116. Ricardus de La Posterne et Johannes de La Hull—*pro* Abbate et Conventu de Malmesbury. *Inq. ad q. d.*

117. Magister Andreas Le Juvene *alias* Jovene—*pro* Priore et Fratribus Prædicatoribus Derb'. *Inq. ad q. d.*

118. JOHANNES DE STAFFORD'—*pro* CAPELLA DE SUTHPEDERTON'. *Inq. ad q. d.*

119. ROBERTUS BURNEL, BATHON' ET WELLENS' EPISCOPUS, *defunctus. De manerio de Risindon' Basset de quo feoffavit Robertum Burnel nepotem suum.*

120. WALTERUS PYTEMAN—*pro* ECCLESIA SANCTI JOHANNIS DE ILKETESHALE. *Inq. ad q. d.*

121. GALFRIDUS LENVEYSE *alias* LE ENVEYSE—*pro* PRIORE ET CONVENTU CRUCIS ROESLÆ. *Inq. ad q. d.*

122. GILBERTUS DE ORMESBY ET ROBERTUS LEVERYK'—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS JERUSALEM. *Inq. ad q. d.*

123. JOHANNA DE OTRINGDENE, UXOR GEORGII DE LAVERTON', *defuncta. De prole inter eos suscitata, per quod terræ ejusdem Johannæ eidem Georgio ad vitam suam per legem Angliæ debent remanere.*

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod Georgius de Lavertone die Mercurii in vigilia Circumcisionis Domini anno prædicto [21°] desponsavit Johannam de Oteringedene, a quo tempore desponsationis simul habitaverunt ut vir et uxor usque ad diem Lunæ in Vigilia Sancti Michaelis anno supradicto, quo die obiit dicta Johanna; infra quod tempus eadem Johanna prægnans fuit de eodem Georgio. Et die quo obiit peperit quandam filiam 'in aurora diei,' post cujus nativitatem ipsa Johanna habuit jura ecclesiastica et statim eodem die obiit; quam filiam Andreas Rector ecclesiæ de Oteringedene in camera dictæ Johannæ apud Oteringedene, nominando eam Johannam, baptizavit in aurora diei vivam et clamantem, cujus compater fuit Johannes de Wynefelde et commatres Elianora de Sindisham et Albreda de Stonacre qui imposuerunt nomen præfatæ proli, eam nominando Johannam, quæ a tempore nativitatis suæ prædictæ vixit usque ad ortum solis ejusdem diei, qua hora obiit: unde dicunt quod inter dictos Georgium et Johannam fuit proles suscitata, sicut prædictum est, sexus fœminei, viva, audita et baptizata. Et dicunt quod terræ et tenementa quæ dicti Georgius et Johanna tenuerunt die quo obiit ipsa Johanna in Bocton' Alluphi fuerunt de hæreditate dictæ Johannæ. Cant'.

124. CECILIA FILIA WALTERI DE SANCTO EDMUNDO—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE ORDINE DE SIMPINGHAM DE CANTEBRIG'. *Inq. ad q. d.*

125. JOHANNES LAMBERT, ET ALII—*pro* HOSPITALI BEATÆ MARIÆ DE MAGNA MASSINGHAM. *Inq. ad q. d.*

126. JOHANNES DE METHELWOLD'—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE BROMHULL'. *Inq. ad q. d.*

127. R. EPISCOPUS LONDON'—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS DE MONTE CARMELI CANTEBRIGG'. *Inq. ad q. d.*

128. ABBAS DE LOCO REGALI JUXTA OXON'. *De secta ad comitatum et hundredum.*

129. GILBERTUS DE MYCKELHAM, *defunctus. De terris, &c. de quibus Alicia quæ fuit uxor ejus conjunctim feoffata fuit die obitus prædicti viri sui.*

Petrus de Ryvall' dedit Gilberto de Mikleham nunc defuncto in liberum maritagium cum Alicia quæ fuit uxor dicti Gilberti adhuc superstite triginta acras terræ, *&c.*

[*Vide n°* 38 *hoc anno.*]

130. ROBERTUS DE VALEYNES SENIOR, *nuper defunctus. De custodia manerii de Perham quam Willielmus de Nereford' et Petronilla uxor ejus, filia et una hæredum Johannis de Vallibus defuncti, clamant ratione minoris ætatis hæredis prædicti Roberti.*

Juratores dicunt super sacramentum suum quod Robertus de Valeyns senior tenuit manerium de Perham de Johanne de Vaus [*alias* Vallibus] in capite per servitium militare. Et dicunt quod servitium prædicti Roberti de Valeyns assignatum fuit Willielmo de Nerford et Petronillæ uxori ejus in propartem ipsius Petronillæ contingentem de hæreditate sua post mortem dicti Johannis. Suffolc'.

131. ARNALDUS DE BUKETON'—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE BRIDLYNGTON'—*pro anima Walteri de Buketon' patris prædicti Arnaldi in capella Sancti Laurentii de Buketon'. Inq. ad q. d.*

132. JACOBUS KETYNG ET MARGERIA DE LA ROKELE QUÆ FUIT UXOR EJUS *defuncta,* FILIA ROBERTI FILII RICARDI ET SOROR ET HÆRES JOHANNIS FILII ROBERTI. [*Brevia et Inquisitiones de annis* 17°, 20°, *&* 21°.] *De prole suscitata inter ipsos Jacobum et Margeriam.*

Rex Waltero de La Haye Escaetori suo Hiberniæ salutem. Querimoniam Jacobi Ketyng, non semel sed pluries factam, recepimus continentem quod cum ipse de Margeria uxore sua, sorore Johannis filii Roberti defuncta quæ de nobis tenuit in capite, prolem suscitaverat vivam, nomine Roesiam, quæ post ortum ejusdem ad domum Philippi Le Marchal apud Lochlesque in comitatu Typerar' ad custodiendam ibidem certis de causis missa fuit, et quæ ibidem sicut ipsa quæ per quindecim dies viva et superstes fuit mortem naturalem recepit, per quod idem Jacobus terras et tenementa quæ fuerunt de hæreditate prædictæ Margeriæ uxoris suæ, et de quibus ipsa obiit seisita ut de feodo, ad vitam ipsius Jacobi habere et tenere debeat per legem Angliæ et consuetudinem hactenus obtentam et usitatam in regno nostro, *&c.* [*Breve de anno* 17°.]

Jurati dixerunt per sacramentum suum quod prædictus Jacobus nunquam de prædicta Margeria uxore sua prolem suscitavit vivam, neque prædictam Roesiam nec aliam, nec aliqua proles missa fuit ad domum Philippi Le Marschal apud Lochloske in comitatu Typerar' custodienda neque nutrienda sicut prædictus Jacobus dicit. [*Inquisitio de anno* 17°.] Hibern'.

Juratores dicunt per sacramentum suum quod quædam filia erat procreata inter Jacobum Ketyng et prædictam Margeriam antequam idem Jacobus eam desponsavit, et postquam ipsam desponsaverat peperit ipsam filiam, nomine Roesiam. [*Inquisitio de anno* 20°.] Hibern'.

Quia quædam inquisitio capta fuit coram Waltero de la Haye Escaetore Hiberniæ et coram Justiciariis domini Regis tunc ibidem itinerantibus, in quam Jacobus de Ketyng' se posuit, quæ dixit quod nulla proles viva inter ipsos Jacobum et Margeriam fuit suscitata, per quod ista inquisitio est illi primæ inquisitioni repugnabilis, non fit executio istius Brevis de seisina eidem Jacobo liberanda. [*In dorso Brevis de anno* 20°.]

133. JOHANNES DE MONTE FORTI ET ALICIA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*

134. WILLIELMUS DE IPPESTANES *alias* YPSTANES, *nuper defunctus. De custodia terræ et maritagio hæredis.*

Dicunt [juratores] quod Johannes filius Willielmi de Ipstanes est filius et hæres dicti Willielmi defuncti, et fuit ad Pascha anno regni Regis Edwardi vicesimo de ætate octo annorum. Item dicunt quod maritagium pertinet domino Regi ratione custodiæ [manerii] de Blumenhull' et non domino Theobaldo [de Verdun]. Stafford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 18 *Edw. I. m.* 17.]

135. HUGO FILIUS JOHANNIS DE BRODEWINDESORES, *defunctus. De terris alienatis de manerio de Brodewyndesores in manu Regis existente ratione minoris ætatis Aliciæ filiæ et hæredis prædicti Hugonis*

136. *De anno* 20° *Edw. I. n°* 169.

137*a*. *De anno* 20° *Edw. I. n°* 170.

137*b*. MAGISTER HENRICUS SAMPSON PERSONA ECCLESIÆ DE ESTON' JUXTA STAUNFORD' (FILIUS SAMPSONIS ET ISABELLÆ)—*pro* ECCLESIA OMNIUM SANCTORUM DE ESTON'. *Inq. ad q. d.*

138. JOHANNES BACUN. *Inq. ad q. d.*

139. PRIOR ET CONVENTUS DE BLAKEMORE. *Inq. ad q. d.*

140. PETRUS BERNARD—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE ROFFENS'. *Inq. ad q. d.*

141. THOMAS DE HODDINGGE. *De bosco suo de Wansted' vastato, tempore quo idem Thomas fuit infra ætatem.*

142. ROBERTUS DE STOKTON' *et* RICARDUS NOEL—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE ULVESCROFT. *Inq. ad q. d.*

143. HUGO DE NORTH'—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE MESSENDEN'. *Inq. ad q. d.*

144. *De anno* 20° *Edw. I. n°* 171.

145. MAGISTER ET FRATRES HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS EXTRA PORTAM ORIENTALEM OXON'. *Inq. ad q. d.*

Item, ROBERTUS DE SWYNEBROK' ET JULIANA UXOR EJUS ET ALII—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS PRÆDICTI HOSPITALIS. *Inq. ad q. d.*

146*a*. PHILIPPUS FILIUS JOHANNIS DE BURNE DE LANGEFORD PETENS ET MICHAEL DE MOLEDON' TENENS. *Placita de Banco.*

146*b*. RICARDUS DAUMIAS—*pro* CAPELLA BEATÆ MARIÆ MAGDALENÆ DE BRUGGES. *Inq. ad q. d.*

147*a*. MAGISTER RICARDUS DE OTRYNGHAM—*pro* MINISTRO ET FRATRIBUS DOMUS SANCTI ROBERTI JUXTA KNARESBURGH'. *Inq. ad q. d.*

147*b*. MATILDA MALEBRAUNCHE ET JOHANNES FILIUS EJUS—*pro* CAPELLA OMNIUM SANCTORUM DE WYSEBECH'. *Inq. ad q. d.*

148. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR ROBERTI DE CAMVILL'. *De supervidendo manerio de Laghton' in comitatu Sussex' quod Rex eidem Johannæ concessit in escambium pro manerio de Westerham quod tenuit in dotem.*

149. EDMUNDUS DEYNCOURT. *De manerio de Dodinton' juxta Clyve.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod manerium de Dodinton' juxta Clyve in hundredo de Wilibroc, tempore domini Regis Ricardi consanguinei domini Regis nunc, fuit antiquum dominicum domini Regis Ricardi prædicti. * * Et dicunt quod tempore prædicti Regis Ricardi pervenit dictum manerium ad manus cujusdam Ricardi de La Haye, sed qualiter vel quo modo vel qualiter idem Ricardus fuit inde dominus penitus ignorant. Et dicunt quod post mortem prædicti Ricardi de La Haye descendit dictum manerium ad quandam Nicholaam eyneciam, Julianam et Isabellam, filias et hæredes prædicti Ricardi de La Haye: ita quod tempore domini Regis Johannis pervenit prædictum manerium integrum ad manus prædictæ Nicholaæ, ita quod ipsa fuit domina de toto manerio prædicto, sed qualiter, ex concessione participum suarum prædictarum vel alio modo ignorant. Et dicunt quod prædicta Nicholaa feoffavit quendam Oliverum Deyncourt avum Edmundi Deyncourt qui nunc tenet dictum manerium. * * Et dicunt quod de jure Willielmi Humet vel Gerardi de Caunvile, si quod habuerunt in dicto manerio, nisi tantummodo per hoc sicut audiverunt quod prædictus Willielmus desponsaverat prædictam Julianam et prædictus Gerardus desponsaverat prædictam Nicholaam, nihil sciunt, nec qualiter de jure suo, si quod habuerunt, recesserunt. Northampton'.

150. *De anno* 29° *Edw. III. n°* 64. (2 *dis n is*.)

151. FRATRES ORDINIS BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELI LONDON'. *De abductione maeremii eorum.*

152. JOHANNES NEPOS ET HÆRES HENRICI DE PRESTON'. *Probatio ætatis.*

Johannes nepos et hæres Henrici de Preston' defuncti, qui de Rege tenuit in capite ut de honore Albæ Marliæ die quo obiit, qui quidem Johannes apud Preston' in comitatu Ebor' natus et in ecclesia Omnium Sanctorum ejusdem villæ baptizatus fuit, fuit ætatis viginti et unius anni die Martis in festo Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis anno regni Regis Edwardi vicesimo primo. Ebor'.

153. RICARDUS CHAUMPENEYS, *rettatus de morte* WILLIELMI DE TAUNGELEYE.

Omnes juratores dicunt super sacramentum suum quod dictus Ricardus nullo modo est culpabilis de morte prædicti Willielmi de Tangel'. * * Willielmus filius Basiliæ de Tangel' suspensus pro prædicta morte fuit culpabilis. Willielmus filius Willielmi Atte

Mylne de Wodynton', Johannes frater ejusdem Willielmi, Hugo et Radulphus fratres dictorum Willielmi et Johannis, sunt culpabiles de morte prædicti Willielmi de Tangel'. Southampton'.

154. *De malefactoribus in parco Regis de Torpel.*

155. Robertus Podding' et Thomas Podding', *rettati de morte* Johannis Gripa *alias* Le Gripe.

Prædicti Robertus et Thomas non sunt culpabiles de morte prædicti Johannis Gripe. * * Johannes Garia culpabilis est de morte prædicta qui statim post mortem . . . . . fugam. Cornub'.

156. Henricus del Parlur *alias* Le Parlour, *rettatus de morte* Henrici Lesewyt *alias* Losewyt.

Præfatus Henricus de Le Parlour de dicta morte non est culpabilis eo quod idem Henricus Losewyt excogitata malitia et quodam cultello abstracto in ipsum Henricum del Parlour ad ostium suum proprium in Coventr' insultum fecit et hamsokam noctanter, et ipsum Henricum del Parlour de dicto cultello vulneravit, *&c.* Warewic'.

157. Jacobus de Castorp' *alias* Casthorp', *fugitivus. De bonis et catallis suis.*

158. Walterus Le Pestur, *rettatus de morte* Christianæ Beket.

Walterus Le Pestur de Evesham captus et detentus in prisona Wigorn' pro morte Christinæ Beket unde rettatus est, rettatus est de morte illa odio et atia. * * Idem Walterus non est culpabilis de morte illa nec aliquis alius, eo quod eadem Christina languebat per infirmitatem per unum mensem et amplius ante mortem suam et habuit . . . . ra ecclesiastica et sic obiit. Wigorn'.

159. Johannes de Gousil' *alias* Goushill', *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

160. Prior de Lancastr'. *De malefactoribus qui fossata dicti Prioris apud Pulton' prostraverunt.*

161. Adam Persona et Parochiani ecclesiæ Sancti Benedicti Cantebr'. *Inq. ad q. d.*

162. Walterus Brun *alias* Broun, *rettatus de morte* Adæ Yep *alias* Le Yep.

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Walterus Broun captus et detentus in prisona Wygorn' pro morte Adæ Le Yep, unde rettatus est, rettatus est odio et atia Matildæ sororis dicti Adæ Le Yep. * * Dictus Adam se ipsum submersit in Sabrina apud Clyvelode unde mortem recepit et non aliter. Wigorn'.

163. *De præsentatione ad vicariam de Camerwelle.*

164. Alexander filius Johannis de Capella, *rettatus de morte* Willielmi filii Patricii.

Prædictus Alexander non interfecit dictum Willielmum per aliquam feloniam aut malitiam excogitatam sed tanquam per infortunium * * die Martis post Pentecosten anno regni Regis Edwardi quinto. Cumberland'.

165. Petrus de Tadcastre, *rettatus de morte* Johannis de London'.

Johannes de London' assultu præmeditato assultavit Petrum de Tadcastre et secutus eum fuit gladio suo extracto; et dictus Petrus se defendendo gladium suum extraxit et dictum Johannem percussit unde obiit, ita quod mortem suam propriam aliter evasisse non potuit. Ebor'.

166. Simon de Fevre, *rettatus de morte* Walteri Dyanis *alias* Denys.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Simon non est culpabilis de morte prædicti Walteri Denys: sed dicunt esse culpabiles Thomam filium Ricardi Le Rede, qui captus est et in prisona Castri Cantuar' detentus pro morte prædicta, Robertum de Hegusdenn' et Thomam Le Donne qui se subtraxerunt ratione prædictæ mortis. Cant'.

167. Johannes Golding', *rettatus de morte* Willielmi Caunceler *alias* Le Caunceler.

Johannes Golding arettatus est de morte illa odio et atia Ricardi de Appilby et Christianæ relictæ Willielmi Le Caunceler, quia dicunt quod dictus Ricardus de Appilby voluit acquietasse Ricardum et Johannem filios suos qui dictum Willielmum Le Caunceler verberaverunt vulneraverunt et male tractaverunt. Ebor'.

168. Stephanus Le Charpenter, *rettatus de morte* Johannis Stacy.

Dictus Johannes Stacy incidebat in quadam infirmitate quæ vocatur Discentiria de qua obiit, 'et non alio modo.' Ebor'.

169. Johannes de Methelwode. *De malefactoribus qui bona et catalla ipsius Johannis ceperunt, &c.*

170. Thomas filius Simonis de Oldebur', Thomas filius Ricardi de Oldebur', Walterus filius Galfridi de Oldebur', et Willielmus Thedrich. *De detentione eorum in gaola de Bruges in comitatu Salop' pro morte Johannis Le Rous, qui occisus fuit in bosco de Rotton' in comitatu Warrewic'.*

171. Homines de Bruges. *De injuriis per Thomam Corbet, tempore quo fuit Senescallus forestæ de Morf', eisdem hominibus illatis.*

172. Henricus filius Willielmi filii Herberti. *De malefactoribus qui domum ipsius Henrici prostraverunt, &c.*

173. Lucas filius Willielmi de Culingge, *rettatus de morte* Ricardi filii Laurentii de Westle.

Non est culpabilis de morte illa. * Petrus Louk et Johannes filius Thomæ de Helegeye de morte illa culpabiles sunt. Suffolc'.

174. Adam filius Benedicti Gernet et Ricardus frater ejus, *rettati de morte* Walteri del Burne.

Prædicti Adam et Ricardus non sunt culpabiles. * Johannes de Dunerdale extraneus et fugitivus prædictum Walterum cum quodam gladio in capite percussit, unde mortem habuit. Westmerland'.

175. HENRICUS DE HERIZ, *rettatus de morte* SIMONIS DE HERIZ, *fratris sui.*

Ipse Simon currit super gladium dicti Henrici fratris sui et habuit plagam unde moriebatur. Lancastr'.

176. RICARDUS LE FRAUNCEYS, *clericus. De fama ipsius Ricardi accusati de morte* NICHOLAI DE HASTINGES.

177. ROBERTUS DICTUS CHRISTIEN DE OXENDON', *clericus. De fama ipsius Roberti accusati de morte* JOHANNIS DE QUENTON'.

178. ROBERTUS FILIUS ROBERTI DOBBE, *rettatus de morte* ADÆ DE SEGRAVE.

Robertus filius Roberti Dobbe, captus et in prisona Exon' detentus pro morte Adæ de Segrave unde rettatus est, prædictum Adam interfecit se defendendo. Devon'.

179. JOHANNES DE THORP' JUXTA HAMELTON', *rettatus de morte* WILLIELMI BILLE.

Dictus Johannes occidit dictum Willielmum se defendendo. Ebor'.

180. JULIANA DE HEREFORD'. *De malefactoribus qui domum ipsius Julianæ combusserunt.*

181. WILLIELMUS FILIUS HUGONIS DE BIRCHOURE ET WILLIELMUS FILIUS HAMONIS. *De utlagaria et redditione eorum prisonæ Cestriæ, qui vocati fuerunt ad sectam Regis pro morte* THOMÆ DE WYSCHAWE ET ALEXANDRI GARCIONIS EJUS.

182. THOMAS DE PONTESBIR', PRESBITER. *De communi fama ipsius Thomæ accusati de morte* STEPHANI LE CHAUMPENAYS ET JOHANNIS LEVERICH'.

Communis fama publica et notoria fuit quod prædictus Thomas Capellanus culpabilis est de morte Johannis Lewerich' de Culvurbeche. Bedford'.

Thomas filius dicti Thomæ defuncti propinquior ejus hæres est et de ætate septendecim annorum et dimidii. Essex'.

Thomas filius Thomæ de Todham [Stodham] est hæres ipsius Thomæ propinquior, et est de ætate septendecim annorum et amplius. Hertford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 29 *Edw. I. m.* 9. *in schedula.*]

20. Willielmus de Luton'. *Inq. p. m.*

Thomas filius Willielmi de Luton' defuncti est propinquior hæres ejus, et fuit de ætate quindecim annorum ad Natale Domini proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Veneris post festum Translationis Beati Thomæ Martyris.*] Buckingham'.

Thomas filius dicti Willielmi de Luton' propinquior hæres ejus est, et fuit de ætate tredecim annorum ad festum Omnium Sanctorum proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Mercurii in festo Sanctæ Margaretæ Virginis et Martyris.*] Leicestr'.

Est etiam assignatio dotis Beatricis quæ fuit uxor Willielmi de Luton'.

21. Magister Alfredus *alias* Alvredus de Tauntyfer *alias* Tauntefer, *qui tenuit de hærede Radulphi de Tony infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Walterus Tauntefer frater prædicti Alvredi propinquior hæres ejus est, et fuit ad festum Apostolorum Petri et Pauli proximo præteritum de ætate viginti et octo annorum. [*Inquisitio facta die Mercurii in festo Sancti Laurentii Martyris.*] Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 6.]

22. Rogerus de La More. *Inq. p. m.*

'Alicia quæ fuit uxor dicti Rogeri dotatur per Breve Regis alias directum Malcolmo de Harleye.' * * Willielmus filius dicti Rogeri est ejus hæres propinquior, et fuit de ætate decem annorum die Inventionis Sanctæ Crucis anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. Salop'.

23. Nigellus de Sandervill' *alias* Sandrevyl'.

Dictus Nigellus tenuit die quo obiit tres virgatas terræ, *&c.* in Tygheleshurst de Petro de Hasele ut de maritagio Aliciæ quondam uxoris ipsius Nigelli defunctæ. * * Thomas filius dicti Nigelli et præfatæ Aliciæ quondam uxoris suæ est hæres propinquior dicti Nigelli, et est ætatis viginti quatuor annorum. Berk'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 13.]

24. Thomas de Wydehaye. *Inq. p. m.*

Juratores dicunt quod Willielmus filius Rogeri Gerlaund', qui Gunnoram sororem prædicti Thomæ de Wydehaye, et Edwardus filius Stephani Fromund' de Wyncestr', qui Margeriam alteram sororem præfati Thomæ, duxerunt in uxores, sunt nepotes et hæredes ipsius Thomæ propinquiores, eo quod idem Thomas obiit sine hærede de se. Et dicunt quod prædictus Willielmus est ætatis triginta annorum et amplius et præfatus Edwardus viginti quinque annorum et amplius. Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 5.]

25. Robertus de Wyningtон'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Robertus de Wyninton' tenuit de Abbate Cestriæ medietatem manerii de Wyninton' die quo obiit in feodo pro homagio et pro decem solidis argenti per annum, et aliam medietatem dicti manerii de Wyninton' per legem Angliæ post mortem Margeriæ uxoris dicti Roberti. * * Dicunt etiam quod Robertus filius prædictorum Roberti et Margeriæ propinquior hæres eorum est de prædicto manerio de Wyninton', et est de ætate triginta annorum. Dicunt etiam super sacramentum suum quod dictus Robertus de Wyninton' post mortem prædictæ Margeriæ duxit in uxorem Matildam filiam Ricardi de Wilburham et hæredem Ricardi fratris sui quæ tenuit in capite de domino Rege medietatem manerii de Lestewyth. * * Dicunt etiam quod prædictus Robertus de Wyninton' tenuit prædicta tenementa post mortem prædictæ Matildæ per legem Angliæ; et dicunt quod Ricardus filius prædictorum Roberti et Matildæ propinquior hæres ejusdem Matildæ est, et fuit de ætate viginti unius anni ad festum Apostolorum Petri et Pauli proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Veneris post festum Sancti Valentini Martyris.*] Cestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 6 *Edw. I. m.* 4.]

26. Nicholaus de Barflet *alias* Barbeflet. *Inq. p. m.*

Nicholaus filius prædicti Nicholai est hæres ejus propinquior et est plenæ ætatis. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 3.]

27. Humfridus de Bello Campo. *Inq. ad q. d.*

28. Johannes, filius Johannis, de Reddemere *alias* Redmar. *Inq. p. m.*

Alicia filia prædicti Johannis est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis dimidii anni ad Pentecosten anno supradicto [23°]. Ebor'.

Johannes de Reddemer, pater prædicti Johannis qui adhuc superstes est, tenuit de prædicto Johanne filio suo 33. acras terræ cum pertinentiis in Esington' ad terminum vitæ. * * Alicia filia ejusdem Johannis propinquior hæres ejus est, et est ætatis unius anni et amplius. [*Inquisitio facta die Sabbati in crastino Epiphaniæ Domini anno* 24°.] Ebor'.

29. Johannes de Lodelawe *alias* Ludelowe. *Inq. p. m.*

Bogo filius prædicti Johannis est propinquior hæres, et est ætatis duodecim annorum. Gloucestr'.

Est etiam inquisitio de terris &c. de quibus Isabella quæ fuit uxor dicti Johannis, adhuc superstes, conjunctim feoffata fuit cum prædicto Johanne.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 10.]

30. Philippus de Monte Gomeri *alias* Gomery. *Inq. p. m.*

Idem Philippus habuit quandam filiam, nomine Annam, quæ est propinquior ejus hæres, ut dicitur, et fuit ætatis trium annorum ad festum

Paschæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Lunæ ante festum Sancti Barnabæ Apostoli.*] Lincoln'.

Anna filia prædicti Philippi ejus hæres [est], et erit ætatis quatuor annorum in festo Sancti Michaelis anno Edwardi supradicto [23°]. Stafford'.

Prædictus Philippus de Monte Gomery desponsavit Feliciam filiam et hæredem Nicholai de Welton'. * * Dicta Felicia superstes est, ut credunt [juratores]. Sussex'.

Idem Philippus et Felicia uxor ejus conjunctim feoffati tenuerunt manerium de Welton', *&c.* * * * Anna filia prædictorum Philippi et Feliciæ est ejus propinquior hæres, et ad festum Sancti Michaelis ultimo præteritum fuit ætatis trium annorum. [*Inquisitio facta die Jovis in festo Translationis Sancti Thomæ Martyris.*] Northampton'.

31. Adam Le Despenser. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Almaricus Le Despenser est propinquior hæres prædicti Adæ; et dicunt quod est ætatis quadraginta annorum. Gloucestr'.

Almaricus filius prædicti Adæ est ejus hæres propinquior, et est ætatis triginta annorum et amplius. Gloucestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 11.]

32. Willielmus Le Moyne *alias* Moyngne. *Inq. p. m.*

Henricus Le Moyne filius prædicti Willielmi propinquior hæres dicti Willielmi est et de ætate quinquaginta annorum. Essex'.

Henricus Le Moynne primogenitus filius prædicti Willielmi Le Moynne defuncti propinquior hæres ejus est, et est de ætate quadraginta annorum et amplius. Dorset'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 19.]

33. Johannes de Luvetot *alias* Lovetoft, *senior*. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis de Lovetot propinquior hæres ejus est et de ætate triginta annorum. Essex'.

Dominus Johannes de Lovetoft, filius dicti Johannis de Lovetoft defuncti, est propinquior hæres ejus, et est ætatis quadraginta annorum. Surr'.

Johannes de Lovetot junior est filius et hæres dicti Johannis de Lovetot propinquior, et est ætatis viginti septem annorum et amplius. Suffolc'.

Dominus Johannes de Lovetot junior est filius et hæres dicti Johannis propinquior, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Suffolc'.

Est etiam assignatio dotis Johannæ quæ fuit uxor prædicti Johannis Luvetot senioris.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 11.]

34. WILLIELMUS DE FAUCUMBERGE *alias* FAUKUMBERGE *alias* FAUCONBERGE. *Inq. p. m.*

Johannes filius dicti Willielmi de Faukumberge est propinquior hæres ejus, et est de ætate viginti unius anni et amplius. Derb'.

Johannes filius dicti Willielmi est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et est de ætate viginti trium annorum et amplius. Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.* 23 *Edw. I. m.* 16.]

35 *a*. THOMAS DE NORMANVILL' *alias* NORTHMANVILE. *Inq. p. m.*

Habet unum filium qui propinquior hæres ejus est, qui est ætatis quatuor annorum. Nottingham'.

Idem Thomas habet filium et hæredem, et est ætate quatuor annorum, cujus nomen ignorant. Nottingham'.

Eadmundus filius prædicti Thomæ est propinquior hæres . . . . . Roteland'.

35 *b*. JOHANNES DE HEYNO *alias* HEYNOU. *Inq. p. m.*

Willielmus de Heynou filius dicti Johannis est ejus hæres propinquior, et est de ætate viginti novem annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 10.]

36. GALFRIDUS DE KNELLE. *Inq. p. m.*

De quibus terris et redditibus prædictis [in Knelle] Robertus Paulyn de Wynchelese habet medietatem per novum statutum pro debitis Mathæi de Knelle patris dicti Galfridi. * * Mathæus de Knelle frater dicti Galfridi est propinquior hæres ejus, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 13.]

37. WILLIELMUS DE LASCELES, DE OTERINGHAM'. *Inq. p. m.*

Johannes filius ejus est propinquior hæres ejus, et est ætatis triginta unius anni et amplius. [*Inquisitio facta a°* 24°.] Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 15.]

38. HENRICUS DEL RE *alias* REE. *Inq. p. m.*

Henricus primogenitus filius dicti Henrici propinquior hæres ejus est et ætatis viginti quatuor annorum et amplius. [*Inquisitio capta anno* 24°.] *Dictus Henricus filius Henrici fecit Regi homagium anno* 24°. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 17.]

39. PHILIPPUS DE LA ROKELE. *Inq. p. m.*

Matilda filia dicti Philippi propinquior hæres ejus est et de ætate decem annorum. Essex'.

Matilda filia prædicti Philippi est propinquior hæres ejus, et est ætatis novem annorum et dimidii. Cant'.

40. THOMAS DE STOKTON'. *Inq. p. m. deleta.*

. . . . . .

41. HUGO DE DUTTON', *nuper defunctus. De custodia terrarum secundum consuetudinem comitatus Cestriæ, &c.*

Dicunt [juratores] quod secundum consuetudinem totius comitatus Cestriæ domini feodorum post mortem tenentium suorum custodiam terrarum et tenementorum quæ de eis tenentur per servitium militare usque ad legitimam ætatem hæredum hujusmodi tenentium, licet iidem tenentes alias terras et tenementa in comitatu prædicto vel alibi de domino Rege in capite tenuerint, habere debent et a tempore quo non extat memoria habere consueverunt. * * Hugo filius dicti Hugonis de Dutton' est hæres ejus propinquior et de ætate sexdecim annorum die Conceptionis Beatæ Mariæ proximo præteritæ. [*Inquisitio facta die Mercurii post festum Sancti Dunstani.*] Cestr'.

42. ELIAS DE RILLESTON'. *Inq. p. m.*

Propinquiores hæredes ejusdem Eliæ sunt duæ filiæ suæ, videlicet, Emma et Cecilia, unde primogenita est trium annorum et postgenita trium mensium. [*Inquisitio capta die Sabbati post Ascensionem Domini.*] Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 6 *Edw. I. m.* 11.]

43. RICARDUS DE RYEL *alias* RYHULL' *alias* RYE? *Inq. p. m.*

Obiit die Lunæ proximo ante festum Sancti Bartholomæi Apostoli anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. * * Quidam Henricus frater ejusdem Ricardi est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti sex annorum. Northumbr'.

Item, de custodia, ratione minoris ætatis hæredum.

Excellentissimo Principi suo domino Edwardo Regi Angliæ illustri Domino Hiberniæ et Duci Aquitaniæ devoti sui Barones de Scaccario fidele semper obsequium omnimoda reverentia et honore. * * Rotulis et memorandis de scaccario perscrutatis, invenitur in eis quod quidam Gilbertus de Ryhull', antecessor prædicti Ricardi, tenuit prædictam villam de Parva Ryhull' de vobis in capite, reddendo inde vobis per annum viginti solidos de firma per manum vicecomitis Northumbr' et quatuordecim denarios de cornagio: et non invenimus quod vos vel progenitores vestri custodiam inde aliquibus temporibus retroactis post mortem antecessorum ejusdem Ricardi ratione minoris ætatis hæredum eorundem habuistis, sed forte potest esse quia dicti tenentes plenæ ætatis fuerunt post mortem antecessorum suorum, ut intelleximus. De omnibus etiam tenentibus de vobis in capite per cornagium in comitatibus Cumberland' et Westmerland' debetur vobis custodia et maritagium; verumtamen utrum de tenentibus de vobis per cornagium in comitatu Northumbr' debeatur vobis custodia et maritagium nondum invenimus.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 11.]

* 44. NICHOLAUS DE BONEVILL' *alias* BOLEVILL'. *Inq. p. m.*

Nicholaus filius prædicti Nicholai est propinquior hæres ejusdem Nicholai, qui fuit ætatis duorum annorum in festo Omnium Sanctorum proximo præterito. [*Inquisitio facta die Jovis post festum Annunciationis Beatæ Mariæ.*] Somerset'.

44. Hawisia quæ fuit uxor Nicholai de Bonevill'. *De manerio suo de Dulverton' in manum Regis capto post mortem prædicti Nicholai.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod eadem Hawisia conjunctim fuit feoffata una cum prædicto Thoma de Pyne primo viro suo ad vitam ipsius Thomæ et Hawisiæ. * * Item dicunt quod prædicta Hawisia continuavit seisinam suam cum prædicto Nicholao de Bonevile secundo viro suo usque ad obitum ejusdem Nicholai, donec prædictum manerium captum fuit in manum ipsius domini Regis ratione mortis prædicti Nicholai secundi viri ejusdem Hawisiæ. Somerset'.

45. Alicia La Vavassur *alias* Vavasur. *Inq. p. m.*

Dominus Willielmus Le Vavasur filius prædictæ Aliciæ est propinquior ejus hæres, et est ætatis triginta annorum et amplius. Lincoln'.

46. Gilbertus de Hippetoft. *Inq. p. m.*

Præfatus Gilbertus tenuit quasdam terras et tenementa cum pertinentiis in Algerkyrk' die quo obiit de dono Hawisiæ de Hippetoft quondam matris suæ. * * * Adam, Lambertus et Robertus, filii ipsius Gilberti, sunt propinquiores hæredes sui: et prædictus Adam erit ætatis quindecim annorum ad festum Purificationis Beatæ Mariæ proximo futurum; et prædictus Lambertus fuit ætatis undecim annorum ad festum Sancti Lamberti proximo præteritum; et prædictus Robertus ætatis novem annorum ad festum Ascensionis Domini proximo præteritum. *Idem Gilbertus reddidit Rogero de Bermyngeham fratri suo in tota vita sua* 50*s.* [*Inquisitio facta die Dominica post festum Omnium Sanctorum.*] Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 7.]

47 *a*. Johannes de Sancta Elena. *Inq. p. m.*

Beatrix uxor Egidii de Brewouse est propinquior hæres ipsius Johannis, et est ætatis viginti et trium annorum et amplius. Berk'.

Summa valoris totius manerii [de Crawelle] 16*l.* 8*s.* 6½*d.*; de quibus debentur Elizabet quæ fuit uxor Thomæ de Breaute annuatim nomine dotis 100*s.* * * Beatrix uxor Egidii de Brewouse est hæres propinquior prædicti Johannis et ætatis viginti duorum annorum et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 11.]

47 *b*. Johannes, filius Johannis, La Veylle *alias* Velye *alias* Veyleye. *Inq. p. m.*

Reginaldus filius Beatricis La Velie defunctæ sororis quondam domini Johannis La Velye defuncti, patris dicti Johannis La Velye qui nunc obiit sine hærede de se procreato, propinquior hæres est prædicti Johannis La Velye et ætatis viginti sex annorum. Norfolc'.

Johannes filius Johannis La Veyleye obiit die Sabbati proxima post Purificationem Beatæ Mariæ proximo præterito.

Prædictus Johannes La Velye et Margeria quæ fuit uxor Johannis, quæ adhuc superstes est, tenuerunt conjunctim die quo idem Johannes obiit quasdam terras et tenementa in Honyngg'. Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 11.]

48. BERTRAMUS DE CRIOLL' *alias* CRIOLIS. *Inq. p. m.*

Prædictus Berterammus tenuit die quo obiit manerium de Tirlingham cum pertinentiis, quod est de hæreditate Elienoræ quondam uxoris ejusdem Berterammi, adhuc superstitis, de domino Rege in capite. * * Johannes filius prædicti Berterammi est propinquior hæres ejus, et est ætatis triginta quatuor annorum. Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 14.]

49. WILLIELMUS DE SAY. *Inq. p. m.*

Galfridus filius prædicti Willielmi de Say est ejus hæres propinquior et de ætate quatuordecim annorum. Cant'.

Galfridus de Say est filius et hæres prædicti Willielmi de Say, et est ætatis sexdecim annorum. Sussex'.

Est etiam assignatio dotis Elizabethæ quæ fuit uxor prædicti Willielmi.

50. ROGERUS BAYNARD. *Inq. p. m.*

Thomas Baynard, filius Ricardi Baynard fratris senioris dicti Rogeri Baynard, propinquior hæres est dicti Rogeri et de ætate viginti duorum annorum et amplius. Essex'.

Dicunt etiam [juratores] quod idem Rogerus aliquando tenuit de domino Rege in capite in Parva Maldon' 70 acras terræ arabilis, *&c.* * Quas quidem terras et tenementa dictus Rogerus dedit cuidam Henrico de Cobeham et Margaretæ uxori suæ filiæ dicti Rogeri, habendas et tenendas dictas terras et tenementa dicto Henrico et Margaretæ uxori suæ et hæredibus de se ipsis procreatis. * * Dicunt etiam quod Thomas Baynard, filius Ricardi Baynard fratris dicti Rogeri, propinquior hæres est dicti Rogeri et de ætate viginti duorum annorum. Dicunt etiam quod idem Rogerus tenuit de domino Rege in capite per legem Angliæ ad terminum vitæ in Parva Maldon' * * Dicunt etiam quod dictus Rogerus Baynard dictas terras et tenementa de Parva Maldon', quas tenuit ad terminum vitæ per legem Angliæ, dedit cuidam Henrico de Cobeham et Margaretæ uxori suæ, habendas et tenendas dictis Henrico et Margaretæ et hæredibus eorum de se procreatis, quæ quidem Margareta obiit sine hærede de corpore suo procreato, et dictus Henricus in plena vita [fuit]. * * Dicunt etiam quod Thomas Fillol propinquior hæres est dictarum terrarum et tenementorum, quæ Rogerus Baynard' tenuit ad terminum vitæ per legem Angliæ, ratione sanguinis dictæ Margaretæ, cujus hæres ipse est, et de ætate viginti sex annorum. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 9.]

51. HENRICUS STURMY *alias* STORMY *alias* LE ESTORMI *alias* ESTURMY. *Inq. p. m.*

Henricus Le Estormi filius prædicti Henrici est propinquior hæres ejus et de ætate triginta annorum et amplius. Wigorn'.

Henricus filius dicti Henrici est hæres ejus propinquior et ætatis viginti octo annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 20.]

52. ANSELMUS DE GYSE *alias* GISE. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Johannes filius prædicti Anselmi est hæres ejus propinquior et de hæreditate octodecim annorum: sed dicunt [quod] istud manerium [apud La Ruehille] est divisibile et omnes filii dicti Anselmi sunt hæredes, sed de ætate cæterorum filiorum ignorant. Cant'.

Johannes de Gyse filius prædicti Anselmi est propinquior hæres ejusdem Anselmi, et fuit ætatis decem et septem . . . . . Barnabæ Apostoli anno prædicti Regis Edwardi vicesimo secundo. Gloucestr'.

Dictus Anselmus obiit septimo die Februarii anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. Bedford'.

53. ROBERTUS MALET. *Inq. p. m.*

Robertus filius prædicti Roberti Malet propinquior hæres ejus est, et est ætatis viginti et duorum annorum et amplius. Berk'.

Robertus Malet filius primogenitus prædicti Roberti est hæres propinquior ipsius Roberti et ætatis viginti quinque annorum et amplius. Oxon'.

Robertus filius Roberti Malet defuncti est propinquior hæres ejus, et fuit de ætate viginti octo annorum ad festum Nativitatis Beatæ Mariæ ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Sabbati in vigilia Pentecostes.*] Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 13.]

54. JOHANNES DE STEYNGREVE *alias* STAYNGRIF. *Inq. p. m.*

Isabella filia dicti Johannis de Steyngreve defuncti propinquior hæres ejus est et de ætate viginti quatuor annorum, de qua Simon de Patesholle legitime prolem procreavit. Essex'.

Dicunt [juratores] . . . . . suum quod dictus Johannes obiit die Mercurii proximo ante festum Sancti Marci Evangelistæ anno prædicto [23°] . . . . . quod tenuit manerium de Caysho cum pertinentiis in capite de domino Rege per legem Angliæ. * * * Isabella filia dicti Johannis de Steyngreve, uxor Simonis de Pateshull', est hæres ejusdem Johannis propinquior et ætatis viginti duorum annorum et amplius. Bedford'.

Præfatus Johannes tenuit 36 bovatas terræ et medietatem cujusdam molendini aquatici cum pertinentiis in Fryseby de Ricardo Folyot, quas quidem terras et tenementa Jordanus Folyot, pater prædicti Ricardi, dedit Simoni de Steyngreve, patri prædicti Johannis, in liberum maritagium cum Beatrice filia ejus. * * Isabella filia prædicti Johannis, quam Simon de Pateshull' duxit in uxorem, est propinquior hæres ipsius Johannis, et est ætatis viginti trium annorum et amplius. Lincoln'.

Est etiam Breve de inquirendo utrum Isabella filia et hæres ipsius Johannis sit hæres propinquior Idæ quæ fuit uxor prædicti Johannis de terris et tenementis quæ idem Johannes tenuit per legem Angliæ post mortem ejusdem Idæ. [*Inquisitio non apparet.*]

[*Vide Rot. Fin.*, 6 *Edw. I. m.* 9; *et* 23 *Edw. I. m.* 10.]

55. JOHANNA DE MORTEYN. *Inq. p. m.*

Johanna uxor Alexandri de Frivile et Radulphus filius Radulphi Le Botiler, qui est filius Matildæ sororis prædictæ Johannæ, sunt propinquiores hæredes prædictæ Johannæ de Morteyn, et sunt plenæ ætatis. Salop'.

Dicunt etiam prædicti juratores quod Johanna uxor Alexandri de Fryevile, filia Mazeræ sororis Johannæ de Morteyn antiquioris, et Radulphus de Botiler, filius Matildæ sororis postnatæ Mazeræ sororis prædictæ Johannæ de Morteyn, sunt propinquiores hæredes ejusdem Johannæ de Morteyn et plenæ ætatis. Dicunt etiam quod Philippus Marmyon, pater prædictorum Johannæ Mazeræ et Matildæ, habuit quandam filiam, nomine Johannam, de secunda uxore sua procreatam quæ adhuc est in custodia domini Regis ratione minoris ætatis suæ, sed ignorant utrum partem habere debeat de hæreditate prædictæ Johannæ de Morteyn' necne. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin.*, 20 *Edw. I. m.* 14 *et m.* 13; *et* 24 *Edw. I. m.* 20.]

56. URIANUS DE SANCTO PETRO. *Inq. p. m.*

Dictus Urianus ratione Margaretæ quæ fuit uxor ejusdem Uriani, adhuc superstitis, una cum dicta Margareta tenuit manerium de La Hide die quo idem Urianus obiit, de quo manerio Rogerus nunc Coventr' et Lichfeld' Episcopus præfatam Margaretam per tres annos et amplius priusquam dicto Uriano fuit desponsata feoffavit, tenendo sibi et hæredibus ipsius Margaretæ. Stafford'.

Urianus filius Johannis filii prædicti Uriani de Sancto Petro est propinquior hæres dicti Uriani, et est ætatis sexdecim annorum. Derb'.

Dicunt [juratores] quod Urianus de Sancto Petro die quo obiit tenuit de domino Rege in capite unam carucatam terræ in dominico in Malopassu et quartam partem advocationis ecclesiæ ejusdem villæ de proparte quartæ partis cujusdam Idoneæ quondam uxoris suæ filiæ et unius hæredum David de Malopassu ipsam Idoneam contingentis, et post mortem cujus Idoneæ idem Urianus usque ad diem obitus tenuit per legem Angliæ, ratione propartis ipsius Idoneæ, quartam partem baroniæ prædictæ. * * Quidam Urianus filius Johannis filii . . . . . hæredis Idoneæ suprascriptæ est hæres propinquior ipsius Uriani, et est ætatis sexdecim annorum . . . . . torum in festo Sancti Dunstani u . . . . . Cestr'.

[*Vide etiam a°* 25 *Edw. I. n°* 17.]

57. ROGERUS DE LEUKENORE. *Inq. p. m.*

Thomas de Leukenore filius prædicti Rogeri est ejus propinquior hæres et ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Northampton'.

Thomas de Leukenore est filius et hæres Rogeri de Leukenore, et est ætatis viginti quinque annorum. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 3.]

58. RIRITH AB EYNON. *Extenta terrarum quæ fuerunt dicti Ririth et terræ quæ vocatur Brimbanon in Northwall' in manu Regis existentium tanquam escheata.*

59. ROGERUS DE MOELES *alias* MOLIS *alias* MEOLES *alias* MELES. *Inq. p. m.*

Johannes de Meoles filius ejusdem Rogeri est propinquior hæres ejusdem, et fuit primo die Marcii proximo præterito de ætate viginti sex annorum. [*Inquisitio facta die Dominica post festum Translationis Sancti Thomæ Martyris.*] Devon'.

Johannes de Moeles filius prædicti Rogeri de Moeles defuncti est propinquior hæres ejus, et fuit de ætate viginti quinque annorum ad festum Purificationis Beatæ Mariæ proximo præteritæ. [*Inquisitio facta die Veneris ante festum Sanctæ Margaretæ Virginis.*] Buckingham'.

Johannes de Meles filius primogenitus prædicti Rogeri est hæres propinquior ipsius . . . . . etatis viginti sex annorum et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 11.]

60. ROBERTUS DE GREY *alias* GRAY *alias* LE GRAY. *Inq. p. m.*

Johannes Le Gray est filius et propinquior hæres dicti domini Roberti Le Gray, et est de ætate viginti trium annorum et plus. *Quædam Isabella de Gray dotata est.* Ebor'.

Johannes de Grey filius primogenitus prædicti Roberti est hæres propinquior ipsius Roberti, et est ætatis viginti et octo annorum et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 12; *et* ? 19 *Edw. I. m.* 9.]

61. RADULPHUS DE GOUSHILL' *alias* GOUSEL' *alias* GOUSHULL', FILIUS PETRI DE GOUSHILL'. *Inq. p. m.*

Quædam Margareta filia ipsius Radulphi est propinquior ejus hæres, et erit ætatis dimidii anni ad festum Sancti Martini proximo futurum. *Inquisitio facta die Martis ante festum Sancti Martini a° 22°.*] Lincoln'.

Dicunt [juratores] quod idem Radulphus habuit quandam filiam de Hawisia filia domini Fulconis filii Warini quam desponsaverat, quæ est propinquior ejus hæres, ut dicitur. De nomine ejusdem filiæ et ejus ætate ignorant. Lincoln'.

Margareta filia Radulphi de Gousel propinquior hæres ejus est, et erit ætatis unius anni die Ascensionis Domini anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. Ebor'.

Est etiam assignatio dotis Hawisiæ quæ fuit uxor Radulphi de Gousill' facta anno 24°.]

62. THOMAS DE MULTON', DE GILLESLAND'. *Inq. p. m.*

Thomas de Multon' est filius et hæres dicti Thomæ de Multon' propinquior, et erit ætatis tredecim annorum ad festum Sancti Michaelis proximo futurum. [*Inquisitio facta* 24° *die Maii.*] Suffolc'.

Quidam Thomas filius prædicti Thomæ ultimo defuncti est propinquior hæres, et erit ad Gulam Augusti proximo sequentem post confectionem istius extentæ ætatis tredecim annorum. [*Inquisitio facta die Martis post festum Pentecostes.*] Cumbr'.

Item, de manerio de Kirkeoswald' de quo Isabella quæ fuit uxor ipsius Thomæ conjunctim feoffata fuit.

Dominus Thomas de Multon' pater prædicti Thomæ feoffavit prædictum Thomam filium suum et prædictam Isabellam de manerio de Kirkeoswald' cum pertinentiis, exceptis parco et 'advocatione ecclesiæ ejusdem manerii, per chartam suam, tenendo prædictis Thomæ et Isabellæ et hæredibus de corporibus eorundem exeuntibus, anno regni Regis Edwardi octavo, videlicet, ante matrimonium inter eos celebratum, et ab illo tempore eadem Isabella cum præfato Thoma viro suo seisinam suam continuavit usque ad diem obitus ejusdem Thomæ. Cumberland'.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 11.]

63. Johannes de Hastinges—*pro* Johanne filio Nicholai de Hastinges *Inq. ad q. d.*

64. Abbas de Melsa—*pro* Abbate et Conventu de Grimesby. *Inq. ad q. d.*

65. Willielmus de Oddingeseles, *defunctus. De terris, &c. de quibus Ela quæ fuit uxor ipsius Willielmi conjunctim feoffata fuit.*

Prædicta Ela quæ fuit uxor prædicti Willielmi de Oddyngeseles conjunctim feoffata fuit de manerio de Olton' et de quibusdam terris et tenementis in Solyhulle una cum prædicto Willielmo marito suo. * * Et prædicta Ela fuit in plena et pacifica seisina prædictorum tenementorum per quatuor annos et dimidium ante mortem prædicti Willielmi, et usque ad diem obitus sui seisinam suam continuavit in eisdem tenementis et hucusque continuat. Warewic'.

66 (*a*). Dominus Rex. *Extenta manerii de Ewelowe.*

66 (*b*). Dominus Rex. *Extenta medietatis commoti de Wenyonet vel Gwynnehonyt.*

67. Dominus Rex. *Extenta villæ de Moston'.*

68. Cadogann ab Henry, Lewelinus Du ab Rys et Jenef ab Madaut, *interfecti contra pacem Regis. Extentæ terrarum suarum.*

69. Willielmus Gryvel, *defunctus. De balliva in foresta de Galtres.*

70. Robertus Le Chaumberleyn et Petronilla uxor ejus. *Inq. ad q. d.*

71. Johannes de Maundevill' et Alicia de Tinten'. *De sectis et libertatibus in villa de Lym.* Dorset'.

72. Magister Johannes de Cadamo Decanus liberæ capellæ Regis de Stafford'. *Inq. ad q. d.*

73. Ricardus Prat, *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Prædicta terra [quam idem Ricardus tenuit in Kyvelingworth' Rabaz] tenetur de Agneta, Gunnilda, Emma, Basilia et Mariota, filiabus et hæredibus Thomæ Reynaud, de Kyvelingworth'. Leicestr'.

74. Adam de Thorp'. *Inq. ad q. d.*

75. Willielmus Le Mareschal et Alicia uxor ejus, *defuncti. Extenta terrarum quæ sunt in manu Regis tanquam eschacta.*

76. Johannes filius Sarræ de Evenefeld, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

77. Philippus de Kyme — *pro* Priore et Conventu de Bolington'. *Inq. ad q. d.*

78. Fratres Minores de Kermerdyn. *Inq. ad q. d.*

79. Galfridus de Terhull', *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

80. Oliverus de Punchardon'. *Inq. ad q. d.*

81. Abbas et Conventus de Hagheman. *Inq. ad q. d.*

82. Thomas de La Holte, *suspensus.* [*Breve tantum.*] *De anno et die qui ad Regem pertinent.*

83. Henricus filius Milisentæ de La Grene, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

84. Robertus The Brochere, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent. Tenuit terram in capite de Elena, Cecilia et Matilda, filiabus Roberti Attewere de Edeninghale.*

85. Johannes de Evesham — *pro* Priore et Conventu de Ledes. *Inq. ad q. d.*

86. Lodewicus de La Pole, *defunctus. De terris quæ assignatæ fuerunt in dotem Isabellæ uxori ejus superstiti.*

Lodewycus filius Griffini de La Pole die quo desponsavit Sibillam uxorem suam dedit eidem Sibillæ, ex voluntate et assensu Audoeni [de La Pole] fratris sui et in sua præsentia, manerium de Gerzgennon et totam terram de Meyheyn Usquecoyt cum pertinentiis ad ostium ecclesiæ, habendam in dotem pro omnibus aliis terris et tenementis de quibus idem Lodewycus fuit seisitus die quo obiit. Salop'.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 8.]

87. Johannes Episcopus Karleoli. *Inq. ad q. d.*

88. Prior et Conventus de Merton'. *Inq. ad q. d.*

89. Willielmus de Askeby, *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

90. Robertus de Swylington'. *Inq. ad q. d.*

91. Robertus Cole, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

92. Herbertus de Calne *alias* Caunne, *defunctus. De manerio quod assignatum fuit in dotem Galienæ uxori ejus superstiti.*

Prædictus Herbertus assignavit eidem Galienæ uxori suæ ad ostium ecclesiæ prædictum manerium de Bromleye cum pertinentiis in dotem die quo ipsam desponsavit. Dorset'.

93. Gervasius Avenel, *latro. De terris suis in manum Regis captis.*

Tenuit de Gwischardo filio Gwischardi de Charon et Alicia uxore ejus usque ad legitimam ætatem Matildæ filiæ et hæredis Ricardi de Sadlistanes. Northumbr'.

94. Gilbertus de Blida, *capellanus—pro* Magistro Willielmo de Blida Persona ecclesiæ de Preston' in Holdernesse. *Inq. ad q. d.*

95. Abbas et Conventus de Rupe—*pro* Ricardo de Furneus. *Inq. ad q. d.*

96. Henricus filius Augeri—*pro* Fratribus Prædicatoribus Sarum. *Inq. ad q. d.*

97. Walterus Le Botiller—*pro* Capella Beatæ Mariæ Ripon'. *Inq. ad q. d.*

98. Elyas Le Coyter—*pro* Priore et Fratribus ordinis Sancti Augustini Oxon'. *Inq. ad q. d.*

99. Johannes de La Mare. *Inq. ad q. d.*

100. Richerus Canonicus ecclesiæ Sanctæ Trinitatis Cicestr'—*pro* Decano et Capitulo ejusdem ecclesiæ. *Inq. ad q. d.*

101. *Decst.* ——

102. Ricardus de Geythill'—*pro* Abbate et Conventu de Coverham. *Inq. ad q. d.*

103. Magister Jacobus de Sancto Georgio et Magister Ricardus Ingeniator Regis. *De valore maeremii per eos ad opus Regis capti.*

104. Thomas Filiol—*pro* Alicia de Wokendon'. *Inq. ad q. d.*

105. Willielmus Belet—*pro* Ricardo de Gloucestr'. *Inq. ad q. d.*

106. Johannes Crok', *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

107. Thomas Hereford' Episcopus, *defunctus. De servitio militari anno regni Regis* 10° *facto.*

108. Nicholaus Raven—*pro* Priore et Conventu ecclesiæ Christi Cantuar'. *Inq. ad q. d.*

109. Adam filius Thomæ de Bedeworthe, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

110. Robertus filius Radulphi de Sidegrenes, *suspensus. De hæreditate Elenæ uxoris ejus superstitis.*

Messuagium prædictum et quatuor acræ terræ prædictæ [in Lee] sunt de hæreditate prædictæ Elenæ, et prædicta Elena seisita fuit de prædictis messuagio et terra, die quo prædictus Robertus filius Radulphi quondam vir suus feloniam prædictam fecit per quod suspensus fuit, ut de hæreditate sua. Lancastr'.

[*Vide a°* 22° *Edw. I. n°* 86.]

111. MAGISTER ET FRATRES HOSPITALIS SANCTI NICHOLAI EBOR'. *Inq. ad q. d.*

112. GILBERTUS CICESTRIÆ EPISCOPUS—*pro* ECCLESIA SANCTÆ TRINITATIS CICESTR'. *Inq. ad q. d.*

113. *De anno* 33 *Edw. I. n°* 270.

114. OLIVERUS LINCOLN' EPISCOPUS—*pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIÆ LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*

115. GERMANUS HAY—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE SANCTO OSWALDO. *Inq. ad q. d.*

116. RADULPHUS DE VERNUN. *Inq. ad q. d.*

117. JOHANNES LE GROS DE NORTON'—*pro* PRIORE ET CONVENTU ECCLESIÆ SANCTÆ TRINITATIS NORWICI. *Inq. ad q. d.*

118. JOHANNES PORTEHORS—*pro* PRIORISSA ET MONIALIBUS SANCTÆ RADEGUNDIS DE CANTEBRIG'. *Inq. ad q. d.*

119. HAMO STRECHE. *De damno quod ipse sustinuit occasione viæ ad castrum Cestriæ factæ.*

120. ROBERTUS DE HEWELL'—*pro* FRATRIBUS DE ORDINE SANCTI AUGUSTINI LONDON'. *Inq. ad q. d.*

121. HUGO BARDOLF'. *Inq. ad q. d.*

122. JOHANNES LYGHTFOT—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE DORE. *Inq. ad q. d.*

123. JOHANNES DE HURLE *alias* HURTLE—*pro* ABBATISSA ET MONIALIBUS DE POLLESWORTH'. *Inq. ad q. d.*

124. RICARDUS DE SENGELTON'—*pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIÆ SANCTÆ TRINITATIS CICESTR'. *Inq. ad q. d.*

125. ABBATISSA DE WHEREWELLE. *Inq. ad q. d.*

126. WILLIELMUS DE STALHAM—*pro* ABBATE SANCTI BENEDICTI DE HULMO. *Inq. ad q. d.*

127. JACOBUS BYROUN *alias* DE BYRUN—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS DE ARMESTON'. *Inq. ad q. d.*

128. WILLIELMUS PAYFORER—*pro* JOHANNE DE NORTHWODE ET JOHANNA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*

129. ABBAS ET CONVENTUS DE LANGEDON'. *Inq. ad q. d.*

130. WILLIELMUS DE ODDINGESELES. *Inq. p. m.*

Edmundus de Oddingeseles est filius et hæres propinquior ipsius Willielmi defuncti, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Hertford'.

Dicunt [juratores] quod die quo prædictus Willielmus obiit Edmundus filius ejus fuit propinquior hæres ipsius Willielmi et plenæ ætatis,

qui nunc mortuus est. Et dicunt quod idem Edmundus habuit quatuor sorores, scilicet, Idam, Elam, Aliciam et Margaretam. Et illa Margareta est junior et fuit ætatis octodecim annorum ad Pentecosten proximo præteritum. Et dicunt quod istæ quatuor sorores sunt propinquiores hæredes. [*Inquisitio capta die Martis post festum Sanctæ Trinitatis.*] Warewic'.

131. JOHANNES DE WALHOPE *alias* WALHOPP'. *Inq. p. m.*

Willielmus de Walhope frater dicti Johannis propinquior hæres ejus est et de ætate viginti trium annorum. [*Inquisitio capta die Veneris post festum apostolorum Petri et Pauli.*] Dublin'.

Edwardus Dei gratia &c. * Ex parte Willielmi de Walhope nobis est ostensum quod cum nuper post mortem Johannis de Walhope, fratris ejusdem Willielmi qui de nobis tenuit in capite, omnes terras et tenementa de quibus idem Johannes fuit seisitus in dominico suo ut de feodo in terra nostra Hiberniæ die quo obiit capi fecerimus in manum nostram, et custodiam terrarum et tenementorum illorum ac Alianoræ et Margaretæ filiarum et hæredum prædicti Johannis infra ætatem existentium concesserimus Willielmo de Doddyngeseles jam defuncto; * * ac nos, præfatis Alianora et Margareta sine hæredibus de corporibus suis procreatis in fata decedentibus, post mortem prædictæ Margaretæ quæ posterius obiit, et in quam feodum et liberum tenementum terrarum et tenementorum prædictorum totaliter quievit, iterato capi fecerimus in manum nostram. Præfatus Willielmus coram vobis [eschaetore] accedens et asserens se fratrem esse prædicti Johannis et avunculum et hæredem prædictæ Margaretæ petiit sibi de terris et tenementis illis tanquam de hæreditate sua justiciam exhiberi, &c. * * *Teste* 7° *die Augusti a*° 23°.

Juratores dicunt super sacramentum suum quod dominus Rex feoffavit Johannem Walhopp' de quinque carucatis terræ. * * Et post obitum præfati Johannis descendebant prædictæ terræ [in Hibernia] Alianoræ et Margaretæ filiabus et hæredibus suis, quarum custodiam habuit dominus Willielmus de Dodyngzeles ex dono domini Regis. Mortua autem prædicta Alienora, descendebant prædictæ terræ prædictæ Margaretæ sorori suæ quæ similiter infra ætatem obiit inde seisita. * * Et dicunt quod Willielmus de Walhopp' qui nunc petit prædictas terras fuit frater Johannis Walhopp' prædicti legitimus et propinquior hæres prædictæ Margaretæ, ut credunt. Et dicunt quod prædictus Willielmus Walhopp' est plenæ . . . . . Dublin'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 11.]

132. NICHOLAUS PECHE. *Inq. p. m.*

Prædictus Nicholaus obiit seisitus ut de hæreditate Sabinæ uxoris suæ 'adhuc superstitis' de . . . . . * * Prædictus Nicholaus nihil habuit nisi per Sabinam uxorem suam. Somerset'.

[*Vide Rot. Fin.*, 17 *Edw. I. m.* 7.]

†133. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR RICARDI DE OXEYE. *De vasto et venditione factis in manerio de Oxeye, quod eadem Johanna tenet ad terminum*

vitæ suæ de hæreditate Willielmi Tolimer et Margaretæ uxoris Johannis filii Galfridi, ad exhæredationem dictorum Willielmi et Margaretæ.

† 134. JOHANNES CROK' *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

† 135. ISABELLA QUÆ FUIT UXOR SIMONIS DE BELLO CAMPO. *Inq. p. m.*

Dicunt tamen [juratores] quod dicta Isabella tenuit die quo obiit manerium de Wottone cum pertinentiis in dotem per assignationem dicti Simonis viri sui per assensum et voluntatem Willielmi de Bello Campo patris prædicti Simonis. Et tenuit illud manerium de hæredibus Baroniæ de Bedeford'. * * De hæredibus dictæ Baroniæ dicunt per sacramentum suum quod Rogerus filius Matildæ de Moubray sororis prædicti Simonis ætatis triginta annorum et amplius, Johanna uxor Radulphi Paynel filia Elæ sororis prædicti Simonis ætatis triginta annorum, Isabella uxor Simonis de Pateshulle filia Idæ filiæ prædictæ Elæ ætatis viginti quatuor annorum, Elizabet uxor Johannis de Horbur' filia prædictæ Elæ ætatis triginta quatuor annorum, sunt participes hæreditatis prædictæ una cum hæredibus Beatricis quondam sororis prædicti Simonis de corpore ipsius Beatricis exeuntibus; de qua Beatrice sic dicunt, quod dicta Beatrix primo fuit desponsata Thomæ filio Otonis qui suscitavit de eadem Beatrice quendam filium, Otonem nomine, jam defunctum et quandam filiam, Matildam nomine, uxorem Johannis Boutetourte superstitem ætatis viginti sex annorum. Et dicunt quod defuncto prædicto Thoma, maritata fuit prædicta Beatrix domino Willielmo de Monte Caniso de Edwardestone, qui de ipsa Beatrice suscitavit quendam filium, Willielmum nomine, superstitem ut creditur, qui si vivat est ætatis duodecim annorum et amplius. Et quia prædictus Oto filius prædictæ Beatricis supervixit prædictam Beatricem matrem suam, ideo dubitant juratores utrum hæres prædictæ Beatricis de primo viro genitus vel hæres ejusdem de secundo viro genitus, ut prædicitur, sit hæres prædictæ Beatricis Baroniæ prædictæ ad quem dictum manerium una cum prædictis hæredibus debet reverti per mortem prædictæ Isabellæ. Bedford'.

Est etiam Breve (1° *Februarii a°* 24°) *de homagio Johannis Boteturte, qui in Vasconia regiis obsequiis immoratur quique Matildam consanguineam et unam hæredum Simonis de Bello Campo duxit in uxorem, ponendo in respectum usque ad adventum ipsius Johannis de partibus Vasconiæ, pro proparte ipsam Matildam contingente de manerio de Wutton' per mortem prædictæ Isabellæ.*

[*Vide Rot. Fin.*, 3 *Edw. I. m.* 7; *et* 30 *Edw. I. m.* 10.]

† 136. BRIANUS DE BROMPTON'. *Inq. p. m.*

Margareta et Elizabet filiæ dicti Briani sunt ejus hæredes propinquiores. Et dicta Margareta fuit in Vigilia Apostolum Simonis et Judæ anno regni Regis Edwardi vicesimo secundo de ætate unius anni. Et prædicta Elizabet filia dicti Briani fuit de ætate quinque septimanarum die Jovis proxima ante Conversationem Sancti Pauli anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. Salop'.

† 137. LUCIA FILIA ET HÆRES ROBERTI DE TWENGE ET CONSANGUINEA ET HÆRES MARMADUCI DE TWENGE *defunctorum. Probatio ætatis capta die Jovis post festum Sancti Gregorii Papæ anno* 23°.

Prædicta Lucya nata fuit apud Kylton' in Clyveland' die Veneris proxima ante Dominicam Palmarum anno regni Regis Edwardi septimo, et die Dominica proxima sequente baptizata in capella Sancti Petri ejusdem villæ per Alanum Capellanum Marmaduci de Twenge militis, præsentibus domino Ricardo de Twenge, Petro Mariscallo, Ricardo Le Estyvor, Lucya uxore Marmaduci de Twenge et Marjoria de Brus; et fuit ætatis quindecim annorum die Veneris proxima ante Dominicam Palmarum anno regni Regis Edwardi vicesimo secundo, et erit ætatis sexdecim annorum die Veneris proxima ante Dominicam Palmarum anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio. Ebor'.

† 138. WILLIELMUS DE CLAMBERGE. *Extenta terræ quæ fuit ipsius Willielmi quam Rex concessit Willielmo de Horton', dudum Cissori Alianoræ quondam Reginæ Anglicæ Consortis Regis, ad vitam suam.*

* 139. GILBERTUS DE RUDYNGHULL', *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

24° *Edw. I.*

1. *Deest.* [ROBERTUS DE MARISCO.]

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 20. Quia Robertus de Marisco qui de Rege tenuit in capite diem clausit extremum, ut Rex accepit, mandatum est Johanni de Lithegrenes Eschaetori Regis ultra Trentam, *&c.*

Rot. Fin., 25 *Edw. I. m.* 16. Rex cepit fidelitatem Roberti de Marisco filii et hæredis Roberti de Marisco de comitatu Ebor' defuncti, de omnibus terris et tenementis quæ idem Robertus pater suus tenuit de Rege in capite die quo obiit, *&c.*]

2. MATHIAS DE BESYLLES. *Inq. p. m.*

Prædictus Mathias tenuit manerium de Brumptone Regis de domino Rege per servitium quartæ partis unius feodi militis de hæreditate Elizabethæ uxoris suæ. * * Galfridus primogenitus filius ipsius Mathiæ est hæres ejus propinquior, et fuit ætatis viginti annorum ad Purificationem Beatæ Mariæ Virginis anno regni Regis Edwardi vicesimo quarto. Somerset'.

Prædictus Mathias nihil tenuit in comitatu prædicto die quo obiit nisi novem libratas annui redditus exeuntes de manerio de Roccote de quo per longum tempus 'ante mortem suam' feoffavit Johannem Wogan ad totam vitam ipsius Johannis per cognitionem Elizabethæ uxoris ipsius Mathiæ de cujus hæreditate est. * * Prædicta Elizabetha quæ fuit uxor prædicti Mathiæ est hæres totius manerii prædicti et ætatis quadraginta annorum et amplius. Oxon'.

3. EDMUNDUS SPYGURNEL *alias* ESPYGURNEL. *Inq. p. m.*

Johannes Espigurnel frater prædicti Eadmundi propinquior hæres ejus est, et transivit etatem quadraginta annorum. Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 10.]

4. WILLIELMUS DE NEWAL *alias* NEUHALE. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Willielmus de Neuhale non tenuit aliquas terras nec aliqua tenementa de domino Rege neque de aliquo alio die quo obiit, quia dicunt quod idem Willielmus per triennium ante mortem suam feoffaverat Rogerum de Alewoldeley de uno messuagio et viginti et septem acris terræ cum pertinentiis in Neuhale tenendis eidem Rogero et hæredibus suis imperpetuum. Et dicunt quod eadem tenementa sunt nunc in seisina domini Regis per mortem prædicti Rogeri qui illa tenuit de domino Rege per servitia in Inquisitione contenta de terris et tenementis ipsius Rogeri facta [*vide n°* 50 *hoc anno*], ratione Johannæ, Margaretæ, Aliciæ et Anabillæ, filiarum et hæredum ipsius Rogeri infra ætatem et in custodia domini Regis existentium. Et dicunt quod prædictus Willielmus de Neuhale fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de prædictis tenementis die quo Anabillam uxorem suam desponsavit quæ istam inquisitionem sequitur; ita quod ipsam inde . . . . tare potuit; unde dicunt quod idem Willielmus non habuit aliqua alia tenementa die quo obiit nec die antea. [*Inquisitio facta die Mercurii post Clausum Paschæ.*] Ebor'.

5. MATILDA DE BROM. *Inq. p. m.*

Robertus de Brom est filius et propinquior hæres prædictæ Matildæ, et est ætatis triginta annorum et amplius. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 10.]

6. WILLIELMUS DE LEVERESDALE, *qui tenuit de hærede Thomæ de Multon' de Gillesland' infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Thomas de Leveresdale filius ejus et hæres est, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Cumberland'.

[*Vide Rot. Fin.*, 35 *Edw. I. m.* 8.]

7. ODO DE COMPTONE *alias* CUMPTON'. *Inq. p. m.*

Adam de Compton' filius prædicti Odonis propinquior hæres ejus est et ætatis viginti sex annorum. Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 10.]

8. JORDANUS DE KINGESTON'. *Inq. p. m.*

Jordanus filius Willielmi de Kingeston' 'filii dicti Jordani defuncti' est propinquior hæres dicti Jordani, et est ætatis viginti quinque annorum. Southampton',

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 10.]

9. EDMUNDUS FYTON' *alias* FYTOUN. *Inq. p. m.*

Johannes Fytoun filius prædicti Edmundi est propinquior hæres ejus, et die Sancti Botulphi proximo futuro erit de ætate viginti duorum annorum. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 13.]

10. WILLIELMUS DE CARTHORP' *alias* CARETORP'. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Willielmi propinquior hæres ejus est, et fuit ætatis viginti duorum annorum ad Pascha proximo elapsum. [*Inquisitio facta die Mercurii post festum Sancti Augustini.*] Ebor'.

Johannes filius prædicti Willielmi propinquior hæres ejus est, et fuit ætatis ad festum Paschæ proximum elapsum viginti et unius annorum et amplius. [*Inquisitio facta die Mercurii ante festum Sancti Willielmi Archiepiscopi Ebor'.*] Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 7.]

11. PETRONILLA DE BEAUMES *alias* BELLO MANSO. *Inq. p. m.*

Malcolmus de Bello Manso filius et hæres dictæ Petronillæ propinquior hæres ejus est et de ætate viginti quatuor annorum. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 19.]

12. JOHANNES DE COGGESHALE *alias* COGESALE. *Inq. p. m.*

Johannes filius dicti Johannis propinquior hæres ejus est et ætatis triginta annorum. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 2.]

13. JOHANNES DE EGLESTON' *alias* EGGLISTON', *qui tenuit de Roberto de Reynes cujus terræ in manu Regis existunt.*

Adam de Eggliston' est filius suus et propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti et octo annorum et amplius. Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 10.]

14. MARTINUS DE CARRON *alias* CARUN.

Rogerus de Carun filius prædicti Martini est propinquior hæres prædicti Martini, et fuit de ætate viginti trium annorum ad festum Sancti Johannis Baptistæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Lunæ ante festum Sancti Andreæ Apostoli.*] Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 19.]

15. GILBERTUS FILIUS WILLIELMI. *Inq. p. m.*

Radulphus filius Willielmi propinquior hæres ejus est, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Ebor'.

[? *Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 6.]

16. RICARDUS DE TANEY. *Inq. p. m.*

Rogerus filius prædicti Ricardi propinquior hæres ejus est, et de ætate septendecim annorum. Essex'.

Ricardus de Taney et Juliana uxor ejus, conjunctim feoffati die quo idem Ricardus obiit, tenuerunt manerium de Elmestede cum pertinentiis de domino Rege in capite. * * Rogerus de Taney filius prædicti Ricardi propinquior hæres ejus est, et de ætate octodecim

annorum. Et prædicta Juliana, sic de prædicto manerio cum pertinentiis conjuncta, præsens fuit captioni hujus inquisitionis cum litera domini Regis patente quæ omnia præmissa in forma prædicta de prædicto feoffamento plenius testatur. Essex'.

17. Walterus de Whixle *alias* Quixeley. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod dictus Walterus obiit in quindena Paschæ anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio; et quod Johannes de Quixeley filius prædicti Walteri propinquior hæres ejus est, et est ætatis triginta trium annorum et amplius. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 15.]

18. Willielmus de Erleton'. *Inq. p. m.*

Adam filius dicti Willielmi est ejus hæres propinquior, et fuit ad festum Paschæ anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio de ætate viginti duorum annorum. Salop'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 16.]

19. Johannes de Sotebrok' *alias* Sottesbrok. *Inq. p. m.*

Roysia et Elizabet filiæ prædicti Johannis sunt ejusdem hæredes propinquiores. Et Roysia primogenita fuit ætatis sexdecim annorum ad festum Nativitatis 'Beatæ Mariæ' proximo præteritum, et Elyzabet postnata fuit ætatis quatuordecim annorum ad festum Beati Nicholai proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 28° *die Aprilis.*] Berk'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 18.]

20. Agnes de Blechesdon'. *Inq. p. m.*

Thomas de Blechesdon' filius dictæ Agnetis propinquior hæres ejus est et ætatis triginta annorum 'et amplius.' Hereford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 15.]

21. Ricardus de Winton', filius Simonis de Winton'. *Inq. p. m.*

Ricardus filius dicti Ricardi est hæres ejus propinquior, et fuit ætatis quatuordecim annorum ad festum Sancti Michaelis proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Lunæ post festum Conversionis Sancti Pauli a*° 25°.] Southampton'.

22. Willielmus Trumwyne *alias* Trwmwine. *Inq. p. m.*

Willielmus filius ejus est ejus hæres propinquior et de plena ætate. Stafford'.

Est etiam inquisitio de terris, &c. in Wysowe de quibus Alesia quæ fuit uxor ejus superstes conjunctim feoffata fuit.

Dicta Allesya fuit conjunctim feoffeffata cum dicto Willielmo viro suo de prædictis terris et tenementis per quatuordecim annos ante mortem ejusdem Willielmi. Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 8.]

23. Johanna quæ fuit uxor Roberti de Hyldeyerd. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod quidam Robertus Hildeyerd' perquisivit omnia prædicta tenementa [in Reston' &c.] tenenda sibi et prædictæ Johannæ uxori suæ et hæredibus ipsius Roberti de capitalibus dominis

feodi: quæ quidem Johanna tenuit prædicta tenementa ad terminum vitæ suæ tantum per formam feoffamenti prædicti; unde dicunt quod Robertus de Hildeyerd, filius prædictorum Roberti et Johannæ, est propinquior hæres ipsius Johannæ quoad tenementa prædicta. Et est ætatis viginti trium annorum et amplius. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 16.]

24. Merouda Pigot *alias* Pygod. *Inq. p. m.*

Matilda soror dictæ Meroudæ est ejus hæres propinquior et plenæ ætatis. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 6.]

Prædictus Willielmus tenuit de domino Rege in capite in dominico suo ut de feodo die [quo] obiit castrum de Brugeswalteri, et tertiam partem manerii ejusdem loci, &c. * * quæ habuit quondam ex feoffamento Matillidis de Mortuo Mari matris suæ in forma subscripta, videlicet, quod si prædictus Willielmus sine hærede de corpore suo legitime procreato diem clauserit extremum, tunc prædicta tenementa cum suis pertinentiis prædictæ Matillidi et hæredibus suis reverterentur. * * Omnia prædicta tenementa per mortem dicti Willielmi dictæ Matillidi de Mortuo Mari matri ipsius Willielmi debent totaliter reverti per formam donationis. * Edmundus de Mortuo Mari, frater ipsius Willielmi senior, est hæres ejus propinquior, et est ætatis triginta annorum et amplius. Somerset'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 17.]

37. Rogerus de Monte Alto. *Inq. p. m.*

Dominus Robertus de Monte Alto est frater et hæres dicti Rogeri propinquior, et est ætatis viginti septem annorum et amplius.

Suffolc'.

Robertus de Monte Alto frater ejusdem Rogeri est ejus hæres propinquior, et fuit ad . . . . . Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi vicesimo quarto ætatis viginti duorum annorum. Warewic'.

Robertus filius Roberti de Monte Alto et frater prædicti Rogeri est hæres propinquior ipsius Rogeri, ratione quod idem Rogerus mortuus fuit sine hærede de corpore suo procreato, et est ætatis viginti trium annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ proximo futurum. [*Inquisitio facta* 23° *die Januarii.*] Cestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 19.]

* 37. Willielmus Le Poure, *defunctus. De custodia medietatis manerii de Tackele, quam custodiam Robertus frater et hæres Rogeri de Monte Alto clamat ratione minoris ætatis hæredis dicti Willielmi: et de hærede ejusdem Willielmi.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Willielmus Le Poure dimisit bonæ memoriæ Rogero nuper Coventr' et Lichfeld' Episcopo defuncto medietatem manerii de Tackeleye tenendam ad vitam ipsius Episcopi. * * De tempore autem dimissionis prædictæ eis non constat certitudo, sed credunt quod circiter viginti annos elapsos facta fuit dimissio illa. Et dicunt quod præfatus Willielmus tenuit dictam medietatem de Rogero de Monte Alto per servitium militare. * Et dicunt quod dictus Willielmus Le Poure obiit vivente tam dicto Episcopo quam dicto Rogero; unde dicunt quod custodia dictæ medietatis non pertinet ad Robertum fratrem et hæredem dicti Rogeri de Monte Alto nisi fuerit executor testamenti ipsius 'Rogeri,' quia ratione hæreditariæ successionis non pertinet ad ipsum Robertum custodia prædicta, sed pertinet ad executores testamenti dicti Rogeri

quia vivente dicto Rogero post mortem præfati episcopi ad ipsum pertinuit custodia illa, sicut eis videtur. * * Et dicunt quod Walterus filius prædicti Willielmi est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis viginti annorum ad Pascha proximo præteritum. [*Inquisitio facta 25° die Julii.*] Oxon'.

[*Vide etiam a° 24° n° 117.*]

38. Thomas de Otteleye, *qui tenuit de hærede Edmundi fratris Regis infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Isabella quæ nupta est Wydoni de Mortuo Mari, et Avicia quæ nupta est Galfrido de Buxhale, sunt sorores et hæredes dicti Thomæ propinquiores; et Avicia ultimo genita est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Suffolc'.

[*Vide Rot. Fin., 27 Edw. I. m.* 18.]

39. Radulphus de Berners. *Inq. p. m.*

Idem Radulphus die quo obiit tenuit manerium de Westhorslegh', quod est de hæreditate Christinæ de Berners quæ fuit uxor prædicti Radulphi, de Ricardo de Wyndlesore milite. * * * Edmundus de Berners est filius et hæres propinquior prædicti Radulphi de Berners, et est in partibus Vasconiæ, et est ætatis viginti sex annorum et amplius; si sit vivus an mortuus ignoratur. *Johanna de Gatton' soror est prædictæ Christinæ.* Surr'.

Edmundus filius prædicti Radulphi, qui est in servitio domini Regis in partibus Vasconiæ, est propinquior hæres dicti Radulphi et ætatis triginta annorum. Essex'.

40. Mabillia (*in secundo Brevi dicta* Sibilla) quæ fuit uxor Johannis Tregoz. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod Mabillia Tregoz nihil tenuit in dominico suo ut de feodo de domino Rege in capite die quo obiit. Dicunt tamen quod ipsa Mabilia die quo obiit tenuit manerium de Weston' in liberum maritagium de baronia de Averenchis, quod manerium Matildis filia et hæres Willielmi de Averenchis senioris aliquando tenuit de domino Rege in capite per servitium apparendi coram Justiciariis itinerantibus in comitatu Bedeford'. Et dicunt quod Hamo Le Creucker qui dictam Matildem desponsaverat et ipsa Matildis dederunt Willielmo filio et hæredi suo cum dicta Mabilia dictum manerium de Weston' in liberum maritagium; qui Willielmus obiit sine hærede de corpore suo per quod dicta Mabilia dictum manerium tenuit ad terminum vitæ suæ juxta formam doni prædicti. * * * Juliana filia Johannis filii Agnetis unius filiarum dictorum Hamonis et Matildis ætatis viginti trium annorum et amplius, Johannes de Lenham filius Iseudæ alterius filiarum ipsorum Hamonis et Matildis ætatis triginta annorum et amplius, et Alianora filia eorundem Hamonis et Matildis ætatis sexaginta annorum et amplius, sunt propinquiores hæredes dictæ Matildis. Bedford'.

Ipsa Mabilia die quo obiit tenuit manerium de Weston' in liberum maritagium *&c. ut supra.* * * * Juliana de Weylondon' filia Johannis filii Agnetis unius filiarum dictorum Hamonis et Matildis

ætatis viginti trium annorum et amplius, Johannes de Lenham filius Isoldæ alterius filiarum ipsorum Hamonis et Matildis ætatis triginta annorum et amplius, et Alianora filia eorundem Hamonis et Matildis ætatis sexaginta annorum et amplius, sunt propinquiores hæredes dictæ Matildis. Bedford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 20.]

‡40. *Item*, AMABILLA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS TREGOZ. *Inq. p. m.*

. . . . . [Inquisitio facta] apud Sturdon' coram eschactore domini Regis 15° die mensis Aprilis anno regni Regis Edwardi decimo . . . . * * Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod eadem Amabilla tenuit hamelctum de Sturdon' . . . . . Bristoll' in comitatu Gloucestr' per sokemaniam. * * Dicunt etiam quod dicta Amabilla obiit vicesimo sexto die mensis Martii anno supradicto. Dicunt etiam quod Johanna uxor Ricardi de La Ryvere est ipsius hæres propinquior, et fuit ætatis viginti quatuor annorum ad festum Beatæ Mariæ proximo præterito. Gloucestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 16 *Edw. I. m.* 2.]

41 RICARDUS DE HYWISCH'. *Inq. p. m.*

Ricardus filius prædicti Ricardi de Hywisch' propinquior hæres ejus est, et fuit in festo Annunciationis Dominicæ anno regni Regis Edwardi vicesimo quinto de ætate viginti unius annorum. Devon'.

Ricardus de Hywisch et Matillis quæ fuit uxor ejusdem Ricardi tenuerunt conjunctim manerium de Manely de domino Rege in capite. Cornub'.

42. SIMON DE SHARSTEDE *alias* SCHARSTEDE. *Inq. p. m.*

Elizabet filia prædicti Simonis de Scharstede est ejus hæres propinquior, et est ætatis viginti unius anni. Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 6.]

43. WILLIELMUS DE MOHUN *alias* MOUN, *defunctus*. *Extentæ terrarum quæ fuerunt ipsius Willielmi, et partitio earundem inter Johannem de Meryet et Mariam uxorem ejus, unam filiarum et hæredum dicti Willielmi, et Johannem de Carreu et Alianoram uxorem ejus alteram filiarum et hæredum dicti Willielmi.*

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 9 *et m.* 7.]

44. JOHANNES DE MONCEAUS, FILIUS ET HÆRES INGELRAMI DE MONCEAUS *alias* MUNCEUS, *qui infra ætatem diem clausit extremum. Inq. p. m. delcta.*

. . . . . .

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 5. Rex cepit fidelitatem Thomæ de Munceus fratris et hæredis Johannis de Munceus defuncti de omnibus terris et tenementis quæ fuerunt Ingelrami de Munceus patris ipsius Johannis defuncti.]

45. WILLIELMUS DE MORTIMER *alias* MORTUO MARI, DE KINGESTON'. *Inq. p. m.*

Costantinus filius dicti Willielmi proximus hæres ejus est et est ætate sexdecim annorum et amplius. Cantebr'

Costantinus filius dicti Willielmi de Mortimer propinquior hæres ejus est de omnibus terris et tenementis prædictis et ætatis octodecim annorum. Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 19.]

46. Johannes de Engayne. *Inq. p. m.*

Johannes Engayne filius prædicti Johannis Engayne est ejus hæres propinquior, et est triginta annorum et amplius. Northampton'.

Johannes Engayne est hæres ejus propinquior, et est ætatis triginta quatuor annorum. Huntingdon'.

Dicunt [juratores] quod Johannes Engayn filius ejus est propinquior hæres dicti Johannis, et quod est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. ? Hertford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 18.]

47. Robertus de La Val *alias* Laval. *Inq. p. m.*

Obiit [idem Robertus] die Mercurii proximo post Nativitatem Beatæ Virginis Mariæ ultimo præterito. * * * Margeria soror ejusdem Roberti de eodem patre et de eadem matre propinquior hæres ejus est, et est ætatis triginta annorum et sponsata fuit cuidam Andreæ de Smytheton' sexdecim annis elapsis. [*Inquisitio facta die Veneris post festum Sancti Leonardi.*] Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 19.]

48. Johanna de Huntynfeld'. *Inq. p. m.*

Rogerus filius Willielmi de Huntynfeld' `filii dictæ Johannæ' proximus hæres ejus est, et est ætatis triginta annorum et amplius. Cantebr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 20.]

49. Walterus de Ouresby. *Inq. p. m.*

Præfatus Walterus una cum Isabella uxore sua, quæ adhuc superstes est, tenuerunt quasdam terras et tenementa in Clisseby de domino Rege in capite de hæreditate præfatæ Isabellæ. * * Quidam Willielmus filius prædictorum Walteri et Isabellæ est propinquior eorum hæres, et fuit ætatis trium annorum ad festum Purificationis Beatæ Mariæ ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Veneris in Vigilia Sancti Bartholomæi.*] Lincoln'.

50. Ricardus filius Johannis. *Inq. p. m.*

Matilda de Bello Campo Comitissa Warwyk' soror dicti Ricardi senior, Robertus de Clifford' filius Isabellæ de Clifford' filiæ Isabellæ de Veteri Ponte, Idonea filia dictæ Isabellæ de Veteri Ponte secundæ sororis, Ricardus de Burgo Comes Wlvistriæ filius Avelinæ tertiæ sororis `dicti Ricardi,' et Johanna quæ fuit uxor Theobaldi Le Boteler quarta soror, propinquiores hæredes sunt dicti Ricardi. Essex'.

Matilda einescia sororum dicti Ricardi quam Willielmus de Bello Campo Comes Warwik' duxit in uxorem, Johanna quæ fuit uxor Tobaldi Le Boteler soror dicti Ricardi, Robertus de Clyfford consan-

guineus dicti Ricardi, 'Ricardus de Burgo Comes de Ulvestria nepos dicti Ricardi' et Idonea quæ fuit uxor Rogeri de Leyborn' neptis dicti Ricardi, sunt hæredes ejus propinquiores; et sunt omnes ætatis viginti sex annorum et amplius. Wiltes'.

Comitissa de Warwyke, Johanna quæ fuit uxor Nicholai Botiller et Comitissa de Holvester, sunt propinquiores hæredes prædicti Ricardi, et sunt plenæ ætatis. Devon'.

Matilda uxor Willielmi de Bello Campo Comitis Warwyk' soror ejusdem Ricardi antenata, Robertus de Clifford' filius Isabellæ de Clifford' filiæ Isabellæ de Veteri Ponte et Idonea de Leybourn' filia prædictæ Isabellæ de Veteri Ponte secundæ sororis, Ricardus Comes Ultoniæ filius Avelinæ tertiæ sororis et Johanna La Botilere quarta soror ipsius Ricardi, sunt propinquiores hæredes ipsius Ricardi, et sunt plenæ ætatis. Northampton'

Item, partitiones terrarum inter hæredes prædictos, et assignatio dotis Emmæ quæ fuit uxor prædicti Ricardi.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 13 *et m.* 9; *et* 27 *Edw. I. m.* 2.]

51. Edmundus frater Regis, *defunctus. Diversæ inquisitiones et extentæ terrarum, feodorum militum et advocationum ecclesiarum, quæ fuerunt ipsius Edmundi, factæ annis* 25° *et* 26°.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 16; *et* 26 *Edw. I. m.* 13.]

52. Johannes de Longevilers. *Inq. p. m.*

Thomas frater ejusdem Johannis de Longevilers est hæres ejus propinquior, et erit ætatis novemdecim annorum ad festum Sancti Ambrosii Episcopi proximo futurum. [*Inquisitio facta die Lunæ post festum Sancti Lucæ Evangelistæ.*] Nottingham'.

Dicunt etiam [juratores] quod Thomas de Longvilers frater dicti Johannis defuncti est propinquior hæres ipsius Johannis. Dicunt etiam quod die Jovis in festo Absolutionis, anno regni Regis Edwardi vicesimo quinto, fuit idem Thomas de . . . . . [*In dorso*] Concessum est uxori Johannis de Lungvilers quod maritare se possit per finem 26*l.* Ebor'.

[? *Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 12.]

53. Walterus de La Lynde—*pro* Thoma de Lodelawe. *Inq. ad q. d.*

54. Isabella Pipard—*pro* Abbatissa et Conventu de Lacok'. *Inq. ad q. d.*

55. Willielmus de La Bruere, *dudum defunctus. De feodis militum quæ fuerunt dicti Willielmi.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod idem Willielmus de La Bruere tenuit in comitatu Northampton' die quo obiit unum feodum militis et dimidium, videlicet, unum feodum in Stoke Bruere et Shitelhanger de Comite Warenniæ, et dimidium feodum in Blithesworth' de Comite de Ferariis; sed de domino Rege Henrico patre Regis nunc nihil tenuit in capite in comitatu prædicto. Dicunt etiam quod post decessum ipsius Willielmi de La Bruere dictum feodum et dimidium devenerunt ad manus Johannæ de La Bruere

quæ fuit uxor ipsius Willielmi, quæ illa tenuit nomine dotis. Dicunt etiam quod post decessum ipsius Johannæ dictum feodum descendeba Pagano de Chaworth' consanguineo et hæredi prædicti Willielmi; et de prædicto Pagano cuidam Patricio fratri suo et hæredi, et post decessum ipsius Patricii devenit ad manus Isabellæ quæ fuit uxor ejusdem Patricii, nunc uxoris Hugonis Le Despenser, quæ illud tenet in dotem. Dicunt etiam quod dictum dimidium feodum post decessum prædictæ Johannæ de La Bruere descendebat Baldewino Wake ut alteri consanguineo et hæredi ipsius Willielmi, et de eodem Baldewino, Johanni Wake filio et hæredi suo. Et postea idem Johannes dictum dimidium feodum in Blithesworth' dedit Hugoni Wake et hæredibus suis imperpetuum. Northampton'.

56. Edmundus de Mortuo Mari et Margareta uxor ejus. *Inq. ad q. d.*

57. Johannes de Manerhis et Alicia uxor ejus, et Johannes Randolf et Johanna uxor ejus. *Inq. ad q. d.*

58. Thomas Bretun, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

59. Hillarius Sigar, *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

60. Yorwerth' Goch *alias* Jerewarth' Gogh' et David Chuyth *alias* Whith'. *De exactione cujusdam redditus.*

61. Fratres Minores de Norwyco. *Inq. ad q. d.*

62. Gilbertus filius Stephani Wyghtman *alias* Wythman, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

63. Walterus Le Butiller *alias* Boteler, *defunctus. De corrodio dicti Walteri in ecclesia Sancti Johannis Beverlaci, tanquam canonici ejusdem.*

64. Milo de Rodeberewe *alias* Radeburwe et Matildis uxor ejus. *Extenta terrarum de assensu eorundem.*

65. Willielmus Le Herdeman, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

66. Willielmus de Sancto Mauro, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

67. Stephanus de Cosington'. *De malefactoribus in vivariis suis apud Cosington'.*

68. Radulphus Le Carpenter, *utlagatus pro morte Walteri Howelin. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Radulphus Le Carpenter, de Jerdeburg', interfecit Walterum Howelin, de Jerdeburg', anno regni Regis Edwardi 22°; pro quo utlagatus fuit die Lunæ proxima ante festum Conversionis Sancti Pauli anno regni Regis Edwardi 23°.

69. Johanna Page, *suspensa. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

70. *Non apparet.* [Willielmus Le Kydere.]

71. Willielmus Ho, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

72. WILLIELMUS DE POTESLEPE, *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Juliana mater prædicti Willielmi tenet unum messuagium in eadem villa [de Poteslepe], nomine dotis, de hæreditate ipsius Willielmi, de quo messuagio eadem Juliana dotata fuit per decem annos ante abjurationem dicti Willielmi. Gloucestr'.

73. EDMUNDUS COMES CORNUBIÆ—*pro* CAPELLA DE HAMELDEN'. *Inq. ad q. d.*

74. HUGO PEVERELL', *defunctus. De terris in manum Regis captis quæ sunt de hæreditate Margeriæ Peverell' quæ fuit uxor dicti Hugonis Peverell'.*

75. JOHANNES BEK'—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE KIRKSTEDE. *Inq. ad q. d.*

76. JOHANNES LE GROS, DE NORTON'—*pro* PRIORE ET CONVENTU ECCLESIÆ SANCTÆ TRINITATIS DE NORWICO. *Inq. ad q. d.*

77. ROBERTUS DE HOLVESTON'. *Inq. ad q. d.*

78. THOMAS DE WEYLAND, *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

79. ALICIA LA BRUNE, *suspensa. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

80. JOHANNES WISCHARD, *de Scotia. De decima garbarum villæ de Menylawe.*

81. JOHANNES DE LA MEDE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

82. FRATRES ORDINIS BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELI DE GIPEWICO. *Inq. ad q. d.*

83. R. LONDON' EPISCOPUS—*pro* HENRICO DE CRAMMAVILE *alias* GRAMMAVILE. *Inq. ad q. d.*

84. NICHOLAUS DE BOLINGBROK'—*pro* PRIORE ET CANONICIS ORDINIS DE SEMPINGHAM DE CANTEBRIG'. *Inq. ad q. d.*

85. CLEMENTIA QUÆ FUIT UXOR RICARDI DE HOLICOTE *alias* HOLIGOT—*pro* RICARDO DE LA CHAMBRE. *Inq. ad q. d.*

86. WALTERUS DE CALTHORP' ET WILLIELMUS REYNALD'—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS DE MONTE CARMELI DE BRUNHAM. *Inq. ad q. d.*

87. GARDIANUS ET FRATRES MINORES DE SCARDEBURG'. *Inq. ad q. d.*

88. JOHANNA ENGAYNE—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE FYNNESHEVED. *Inq. ad q. d.*

89. ISABELLA NUPER COMITISSA ALBÆ MARLIÆ, *defuncta. De quodam redditu Thomæ filio Thomæ de Daccumbe per eandem Comitissam debito.*

90. JORDANUS FILIUS WILLIELMI JUEL *alias* JOWEL—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE THORNHOLM'. *Inq. ad q. d.*

91. WILLIELMUS LE MARCHAND' *alias* MARKAUNT—*pro* FRATRIBUS DE ORDINE SANCTI AUGUSTINI LONDON'. *Inq. ad q. d.*

92. Godfridus Peleryn. *De ponte construendo apud Sanctum Olafum ubi passagium nunc est. Inq. ad q. d.*

Quidam piscator, nomine Siryk', auctoritate sua propria primo incepit passare homines ultra aquam apud Sanctum Olafum, quæ est in confinio dictorum comitatuum, per batellum piscariæ suæ et hoc tempore Regis Henrici patris Regis Ricardi, ut credunt [juratores]. * * Et post mortem ipsius Syrik' venit Willielmus filius et hæres suus et passavit homines ut prius. * * Mortuo dicto Willielmo venit Radulphus filius et hæres suus et passavit homines ibidem ut prædecessores sui. * * Et post decessum ipsius Radulphi venit Johannes filius et hæres suus qui dictum passagium tenuit; * qui quidem Johannes illud passagium vendidit Roberto de Ludham; * qui quidem Robertus illud passagium dedit Rogero de Ludham nepoti suo qui nunc tenet. Norfolc' & Suffolc'.

93. Rogerus Brabanzun *alias* Brabenthun — *pro* Abbate et Conventu de Suleby. *Inq. ad q. d.*

94. Hamo de Gruscy et Willielmus Hawys — *pro* Priore et Fratribus Prædicatoribus Ebor', et Magistro et Fratribus Hospitalis Sancti Leonardi Ebor'. *Inq. ad q. d.*

95. Willielmus Gamelstepsone, *utlagatus pro morte Adæ filii Hugonis Le Pelter. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

96. *De alienatione Serjantiæ de Ochangre.*

97. Philippus Le Lou et Margeria uxor ejus. *De terris suis in manum Regis captis. Quidam Willielmus de Arderne terras tenuit in Hundeburton' de Rogero de Moubray, qui tempore mortis dicti Willielmi fuit infra ætatem; ratione cujus minoris ætatis Rex seisivit terras dicti Willielmi in manum suam, quia Ricardus de Arderne frater et hæres ejus ætatis triginta annorum, nunc defunctus, idiota fuit: et postea liberavit terras illas prafato Philippo et Margeriæ uxori ejus, Johanni Pecche, et Johanni Le Lou et Amiciæ uxori ejus, tanquam propinquioribus hæredibus dictorum Willielmi et Ricardi.*

98. Magister Johannes Lovel — *pro* Cathedrali ecclesia Beati Pauli London'. *Inq. ad q. d.*

99. Abbas et Conventus Salop'. *Inq. ad q. d.*

100. Homines infra Leucatam de Peveneseye. *De libertatibus et consuetudinibus dictæ leucatæ.*

101. A. Episcopus Dunelm'. *De terris suis in Tindale.*

102. *Deest.* [Hextildesham Prioratus.]

103. Magister Henricus de Fodryngeye — *pro* Custode et Scolaribus domus de Merton' in Oxon'. *Inq. ad q. d.*

104. Johannes de Maundevill' et Alicia de Tyncen. *De libertatibus in villa de Lyme.*

105. *Placita apud Montem Gomeri de morte Matildæ quæ fuit uxor Willielmi Uras matris Mabilliæ filiæ Lewelini Uras, quam Willielmus de Sancto Albano per infortunium occidit die Circumcisionis Domini anno regni Regis nunc* 16°.

106. HENRICUS BARET. *De malefactoribus qui fossatum suum prostraverunt.*

107. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR WILLIELMI ATTE CHILDIRN' *alias* CHILDREN *submersi. De bonis et catallis dicti Willielmi qui morbo ductus frenetico in puteo suo se submersit.*

108. PETRUS EPISCOPUS EXON', *defunctus. De messuagio in Exon' in manum Regis capto.*

109. WALTERUS DE HILLE, *in prisona detentus. De amotione et concelatione lancæ domini Thomæ de Kent contra formam proclamationis.*

‡110. JOHANNA QUÆ FUIT UXOR ROBERTI DE CAMVILE. *Petitio Regi pro reparatione domorum in manerio de Laghton' quod ipsa recepit in escambio pro manerio de Westerham quod tenuit in dotem.*

111. JOHANNES DE BERKWEY, *Clericus. De communi fama ipsius Johannis, viz., quod est bonæ famæ.*

112. GALFRIDUS DE GASTON', *in prisona detentus. De combustione domus.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Galfridus lunaticus fuit et tali morbo detentus est quolibet anno; et quod eo tempore quo fuit lunaticus combussit domum prædictam sed non felonice nec per malitiam excogitatam.

113. MATILDA DE PEDHAM. *De malefactoribus qui portas ipsius Matildæ fregerunt.*

114. GALFRIDUS LE MACHUN *alias* MAZON, *appellatus de morte Walteri Le Brewere per Aliciam quæ fuit uxor ipsius Walteri.*

Non est culpabilis de morte prædicta, sed quidam Willielmus de Goseford' coureur ipsum interfecit.

115. JOHANNES DE LYFORD, *clericus. De communi fama ipsius Johannis.*

Est homo bonæ famæ et conversationis et semper fuit.

116. WILLIELMUS LE BATUR. *De malefactoribus qui in ipsum insultum fecerunt, &c.*

117. ELYAS VICARIUS ECCLESIÆ DE CRISTENESTOWE, *rettatus de morte Amiciæ de Cristenestowe.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Elyas diu in ægritudine febris acutæ detentus fuit ob quam cecidit in frenesiam, et in illa frenesia levavit de lecto suo et cum quodam pestello illam qui eum custodivit interfecit.

118. HENRICUS ELECTUS EBOR'. *De malefactoribus qui parcum suum apud Shireburn' fregerunt.*

†119. RADULPHUS FILIUS ET HÆRES THOMÆ JOCELYN. *Probatio ætatis capta coram Rege apud Westmonasterium anno 25° finiente.*

Radulphus de Merk' ætatis quadraginta annorum, manens apud Rothing' distans per duas leucas de Schelewe ubi prædictus Radulphus natus fuit, dicit quod prædictus Radulphus est plenæ ætatis, videlicet, viginti et unius annorum, et fuit die Sanctæ Luciæ Virginis proximo præterito. Et dicit quod baptizatus fuit apud Wylynghale quarto die postquam natus fuit. Et dicit quod ipse est compater suus et imposuit ei nomen baptismatis. * * * * Et quia prædictus Radulphus sufficienter ætatem suam coram domino Rege probavit, et etiam apparet per aspectum corporis ejusdem Radulphi 'quod ipse est plenæ ætatis,' videlicet, viginti et unius annorum, ideo prædictus Radulphus habeat seisinam terrarum et tenementorum ipsum de hæreditate sua contingentium. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 3.]

*120. RADULPHUS DE GOUSHULL' (FILIUS ET HÆRES PETRI DE GOUSHULL'), *defunctus. De captione terrarum quæ fuerunt dicti Radulphi qui antequam ad legitimam ætatem pervenerat in fata decessit. Hawisia quæ fuit uxor ipsius Radulphi dotata fuit.*

*121. JOHANNES FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE MARES. *Probatio ætatis facta in octabis Purificationis Beatæ Mariæ.*

Petrus Barry ætatis quinquaginta annorum et amplius, manens per dimidiam leucam a prædicta villa de Mares Assheby, juratus et diligenter examinatus dicit super sacramentum suum quod prædictus Johannes filius Johannis est plenæ ætatis, videlicet, viginti et unius annorum, et fuit die Nativitatis Domini proximo præterito. Quæsitus in qua villa natus fuit dicit quod apud Mares Assheby et in ecclesia ejusdem villæ baptizatus. * * Dicit etiam quod mater prædicti Johannis purificata fuit die Dominica proxima ante festum Purificationis Beatæ Mariæ, viginti et unus annus fuerunt elapsi. * * * * Northampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 20.]

*122. MARIA FILIA POSTNATA ET UNA HÆREDUM WILLIELMI DE MOHUN, UXOR JOHANNIS DE MYRIET. *Probatio ætatis capta coram Rege in Octabis Sanctæ Trinitatis.*

Nicholaus Burdon' miles ætatis viginti octo annorum, juratus et examinatus de ætate prædictæ Mariæ, dicit quod nata fuit in villa de Mildehale, et quod ipsa fuit quatuordecim annorum ad festum Conceptionis Beatæ Mariæ proximo præteritum. Quæsitus qualiter hoc scit, dicit quod per duos annos ante nativitatem prædictæ Mariæ seisivit dominus Rex corpus suum et terras suas nomine custodiæ post mortem patris sui; et dicit quod a tempore illo elapsi sunt jam octodecim anni, et per hoc bene scit &c. De aliis circumstantiis certus est per dictum patriæ. * * * * Et quia prædicta Maria sufficienter ætatem suam probavit prout patet superius, et similiter apparet per aspectum corporis ejusdem Mariæ quod ipsa est plenæ ætatis, videlicet quatuordecim annorum, ideo habeat seisinam terrarum et tenementorum ipsam contingentium de hæreditate prædicta. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 9.]

*122. ALIANORA EINECIA FILIA ET UNA HÆREDUM WILLIELMI DE MOHUN, UXOR JOHANNIS DE CARREU *alias* KARRU. *Probatio ætatis capta coram Rege.*

Johannes de Asshele de Walsheburn' miles ætatis sexaginta annorum et amplius, distans a Stokesfleming' per tres leucas, juratus et diligenter examinatus super ætate prædictæ Alianoræ, dicit quod eadem Alianora fuit sexdecim annorum ad Gulam Augusti proximo præteriti, et fuit nata apud Stokesfleming' in comitatu Devon' et in ejusdem loci ecclesia baptizata. Requisitus qualiter hoc scit, dicit quod per hoc, quod iter Justiciariorum fuit in comitatu prædicto anno regni Regis nunc octavo, et anno sequenti nata fuit prædicta Alianora; et per hoc quod interfuit convivio die quo purificata fuit mater ipsius Alianoræ fere septendecim annis elapsis; et per hoc similiter quod Maria soror junior dictæ Alianoræ duobus annis ætatem suam in curia Regis probavit. Et quia prædicta Alianora sufficienter ætatem suam probavit, *&c. ut supra.* Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 7.]

*123. ELIZABETHA FILIA ET UNA HÆREDUM JOHANNIS DE SOTTESBROK'. *Probatio ætatis capta coram Rege in Octabis Sancti Michaelis.*

Bartholomæus de Arle ætatis quadraginta annorum et amplius, distans a Sottesbrok' per sex leucas juratus et diligenter examinatus super ætate prædicta, dicit quod prædicta Elizabetha nata fuit apud Sottesbrok', et in ecclesia ejusdem loci baptizata, et quod circiter festum [Sancti] Nicholai proximo futurum erit sexdecim annorum, ut dicit. Requisitus qualiter hoc scit, dicit quod per hoc, quod quando Johannes Sottesbrok', pater prædictæ Elizabethæ cujus hæres ipsa est, obiit, per cujus mortem manerium de Sottisbrok' devenit ad manum domini Regis nomine custodiæ, ipse juratus fuit subeschaetor in comitatu prædicto, et per mandatum Regis cepit inquisitionem de ætate ipsius Elizabethæ jam duobus annis elapsis, per quam inquisitionem invenit quod ipsa fuerit ætatis quatuordecim annorum, ut dicit, et alio modo nescit de ætate prædicto, ut dicit. * * * * Et quia prædicta Elizabetha sufficienter ætatem suam coram Rege probavit, et etiam apparet per aspectum corporis ipsius Elizabethæ quod ipsa est plenæ ætatis, videlicet, quatuordecim annorum, ideo prædicta Elizabetha habeat seisinam terrarum et tenementorum ipsam de hæreditate sua contingentium. Berk'.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 18.]

†124. WARINUS DE INSULA. *Inq. p. m.*

Dictus dominus Warinus et Alicia uxor ejus, adhuc superstes, conjunctim feoffati fuerunt de manerio de Finebergh'. * * Robertus de Insula est filius et hæres dicti Warini propinquior, et erit ætatis sex annorum ad festum Sanctorum Fabiani et Sebastiani proximo venturum. [*Inquisitio facta* 4° *die Januarii.*] Suffole'.

†125. *De castro de Baumburg'.*

†126. ROBERTUS DE BURGHESSHE *alias* BORGHERSE. *De terra in Westhamme de feodo Baronie de Aquila, quam idem Robertus petit ut hereditatem suam.*

Quam quidem terram Herbertus de Borgherse avus dicti Roberti de Borgherse emit de diversis hominibus, * et deinde per emptionem illam toto tempore vitæ suæ et postmodum Johannes filius et hæres ejusdem succedens in hæreditatem ipsius Herberti terram prædictam similiter toto tempore vitæ suæ pacifice tenuerunt; et dicunt [juratores] quod uterque ipsorum inde seisitus in dominico suo ut de feodo obierunt. Et dicunt quod quia prædictus Johannes obiit sine hærede de se, intravit in eisdem tenementis quidam Reginaldus frater et hæres prædicti Johannis, pater prædicti Roberti nunc petentis cujus hæres ipse est, qui terram illam post mortem prædicti Johannis pacifice tenuit donec dictus Petrus de Sabaudia, tunc temporis dominus Honoris Aquilæ, eumdem Reginaldum de prædicta terra injuste et sine judicio disseisivit. * * Et dicunt quod possessio sic injuste per disseisinam occupata sic hucusque extitit continuata. Sussex'.

† * 127. EDMUNDUS FRATER REGIS, *defunctus. Duo brevia, eschaetoribus citra et ultra Trentam missa, de extenta facienda omnium terrarum quæ fuerunt ipsius Edmundi, ratione minoris ætatis hæredis ejusdem in manu Regis existentium; ut visa et intellecta extenta illa, Blancheæ Navarr' Reginæ, quæ fuit uxor dicti Edmundi, rationabilem dotem ipsam contingentem Rex assignari faciet.*

26° *Edw. I.*

1. EMMA QUÆ FUIT UXOR NICHOLAI DE WHETHAMSTEDE *alias* HWETHAMSTUDE. *Inq. p. m.*

Nicholaus filius prædictæ Emmæ est propinquior hæres ejus et plenæ ætatis, 'videlicet, viginti octo annorum.' Wigorn'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 24.]

2. RICARDUS PUNCHARDUN'. *Inq. p. m.*

Walterus filius dicti Ricardi est propinquior hæres ejusdem Ricardi, et est ætatis triginta annorum et amplius. Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 10.]

3. ROBERTUS DE CHEVIRCURT. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Roberti propinquior hæres ejus est et ætatis triginta annorum. Leicestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 4.]

4. GALFRIDUS FILIUS GALFRIDI DE SEBURGHAM. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod prædictus Galfridus habuit tres filios cum prima uxore sua qui porrexerunt ad partes transmarinas, si sint superstites vel non ignorant. Dicunt etiam quod prædictus Galfridus habet cum secunda uxore sua quendam filium, Galfridum nomine, et de ætate decem et septem annorum, qui clamat successionem hæreditariam et in hæreditate inventus est. Cumbr'.

5. RADULPHUS LE GRAS, *qui tenuit de hærede Philippi Burnel infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Rogerus Le Gras, frater dicti Radulphi Le Gras, est proximus hæres ejusdem Radulphi et de ætate viginti trium annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 10.]

6. RICARDUS DE CAUPLAND' *alias* COUPLAND', *qui tenuit de hærede Thomæ de Multon' de Gillesland' infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Alanus de Coupland' filius prædicti Ricardi de Coupland' est hæres ejus propinquior; et dicunt quod fuit ætatis viginti unius anni per octo dies ante Pentecosten anno regni Regis Edwardi vicesimo quinto. Cumberland'.

[*Vide Rot. Fin.*, 7 *Edw. I. m.* 10; *et* 26 *Edw. I. m.* 13.]

7. JOHANNES LE BRET. *Inq. p. m.*

Simon Le Bret filius dicti Johannis propinquior hæres est dicti Johannis et ætatis triginta annorum. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 2 *Edw. I. m.* 36; *et* 26 *Edw. I. m.* 14.]

8. JOHANNES CONQUEST. *Inq. p. m.*

Johannes Conquest filius prædicti domini Johannis est ætatis triginta annorum et amplius, et est propinquior hæres ejusdem domini Johannis. Gloucestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 4.]

9. WILLIELMUS MURDAK. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod Johannes Murdak est proximus ejus hæres, et quod est ætatis viginti sex annorum. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 25.]

10. GILBERTUS DE BULBEK' *alias* BOLBEK'. *Inq. p. m.*

Simon filius ejus est propinquior hæres ejus et ætatis viginti duorum annorum et amplius. Buckingham'.

[? *Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 9.]

11. MAGISTER WILLIELMUS PIKEREL *alias* PYKEREL. *Inq. p. m.*

Magister Willielmus Pykerel die quo obiit non fuit seisitus de aliqua terra in comitatu prædicto in dominico suo ut de feodo, eo quod idem Magister Willielmus de omnibus terris et tenementis suis cum pertinentiis quas tenuit in feodo in comitatu prædicto feoffavit Walterum Pykerel nepotem suum sibi et hæredibus suis imperpetuum per duos annos ante diem quo obiit. * * Gyliana soror Magistri Willielmi Pykerel est ejus hæres propinquior, et est plenæ ætatis. Warewic'.

12. *De anno* 23° *Edw. I. n°* 137.

13. HENRICUS GRAPYNEL. *Inq. p. m.*

Petronilla, Margeria, Johanna et Margareta, filiæ dicti Henrici, propinquiores hæredes sunt ejusdem Henrici; et Petronilla senior est de ætate viginti duorum annorum et maritata Johanni filio Johannis; et Margeria secunda soror de ætate viginti annorum et non maritata; et Johanna tertia soror est de ætate sexdecim annorum et maritata Adæ filio Johannis; et Margareta quarta soror est de ætate tredecim annorum et non maritata. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 17.]

14. JOHANNES FRESHENEDE *alias* DE FRESKENEDE *alias* FRISKENEDE. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod idem Johannes non habet aliquem hæredem in Anglia nec alibi, quia dicunt quod fuit Bastardus, et quod prædicta tenementa debent esse domino Regi eschaeta. [*Inquisitio facta a°* 25°.] Nottingham'.

Item, inquisitio facta anno 26° *de tenementis in Herewell' de quibus Willielmus de Friskenade pater dicti Johannis feoffavit ipsum Johannem, et Simonem et Arnaldum de Freskenade fratres ejusdem Johannis.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Willielmus de Friskenade pater prædicti Johannis de Friskenade feoffavit eundem Johannem per chartam suam de prædictis tenementis et eum inde in seisina posuit, habendis eidem Johanni et hæredibus suis de corpore suo legitime procreatis: ita videlicet quod si idem Johannes sine hærede de corpore suo obiisset prædicta tenementa Simoni de Friskenade et Arnaldo fratri ejus et eorum hæredibus remanerent, habenda imperpetuum. Et dicunt super sacramentum suum quod prædicta tenementa, per mortem ejusdem Johannis, prædictis Simoni et Arnaldo et hæredibus suis per virtutem feoffamenti et concessionis prædicti Willielmi debent remanere imperpetuum. Nottingham'.

[*Vide n°* 54 *hoc anno; et Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 1.]

15. WILLIELMUS DE STYKELAWE *alias* STICKELAWE. *Inq. p. m.*

Obiit [dictus Willielmus] die Dominica proxima post gulam Augusti, videlicet, tertio die ejusdem mensis. * * Quædam Emma de Stickelawe soror ejusdem Willielmi est propinquior hæres ejus, et est ætatis triginta annorum. Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 1.]

16. JOHANNES DE BENNFLET *alias* BEINFLET. *Inq. p. m.*

Quidam Ricardus Le Lorimer filius 'et hæres' Aliciæ de Bennflet, quæ quidam Alicia fuit soror prædicti Johannis de Bennflet, est propinquior hæres ejusdem Johannis et plenæ ætatis. Essex'.

Est etiam inquisitio de terris quas dictus Johannes dimisit Philippo Basset et Elæ uxori ejus ad terminum vitæ eorundem.

Johannes de Beinflet defunctus, avunculus Ricardi Le Lorimer, per quatuor annos antequam obiit tenuit de domino Henrico Rege, patre domini Regis Edwardi qui nunc est, in capite in Hatfeld'

Peverel de honore Peverel per servitium quartæ partis feodi unius militis unum messuagium &c. * * Quas quidem terras et tenementa dictus Johannes de Beinflet dedit Philippo Basset et Elæ uxori suæ sine licentia domini Henrici Regis, patris domini Edwardi Regis qui nunc est, anno regni Regis ejusdem Henrici 51°, habendas et tenendas eisdem Philippo et Elæ ad terminum vitæ eorundem. * Dictus Johannes obiit anno regni Regis Edwardi sexto. Et Philippus Basset obiit anno regni Regis Henrici patris Regis Edwardi qui nunc est quinquagesimo tertio: et dicta Ela uxor dicti Philippi obiit anno regni Regis Edwardi vicesimo sexto ante Pascham. Et post mortem dictæ Elæ dictæ terræ et tenementa captæ fuerunt in manum domini Regis. * * Ricardus Le Lorimer, filius Aliciæ sororis dicti Johannis propinquior hæres est ejusdem Johannis de Beinflet et ætatis triginta annorum. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 4.]

17. Willielmus de Putton'. *Inq. p. m.*

Johannes de Putton' filius dicti Willielmi est hæres ejus propinquior, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 20.]

18. Johannes filius Oliveri de Luvetot *alias* Lovetot. *Inq. p. m.*

. . . . . sunt hæredes ejus propinquiores. Cujus ætatis, dicunt [juratores] quod omnes sunt plenæ ætatis et maritatæ, videlicet, Johanna primogenita maritata est Rogero de Sk . . . . . maritata est Ranulpho Moryn et habent exitum; et Aleysia junior maritata est Willielmo Moryn et habent exitum. Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 25.——Rex cepit homagium Rogeri de Skerington' qui Johannam unam sororum et hæredum, Ranulphi Moryn qui Isabellam alteram sororum et hæredum, et Willielmi Morin qui Alesiam tertiam sororum et hæredum Johannis filii Oliveri de Luvetot de comitatu Notingham' defuncti [duxerunt in uxores,] de propartibus ipsos contingentibus de omnibus terris et tenementis quæ idem Johannes pater [frater] prædictarum Johannæ Isabellæ et Alesiæ tenuit de nobis ut de honore de Tikehull'.]

19. Bertinus de Ughtrichessat *alias* Ughtreset. *Inq. p. m.*

Quis propinquior hæres ejus est, dicunt [juratores] quod Johannes est filius ejus et hæres propinquior. Cujus ætatis, dicunt quod est ætatis octo annorum et trium quarteriorum unius anni. Cumbr'.

Idem Bertinus et Johanna uxor ejus conjunctim feoffati fuerunt de quadam terra quæ vocatur Furmeryfeld. Cumbr'.

20. Margeria de Trewyk'. *Inq. p. m.*

Quidam Willielmus filius ejusdem Margeriæ est propinquior hæres ejus, et est de ætate quinquaginta annorum. Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw I. m.* 5.]

21. HENRICUS DE CRAMMAVILL' *alias* CRAMANVILL'. *Inq. p. m.*

Willielmus de Braham consanguineus ejusdem Henrici est propinquior hæres ejusdem Henrici de Cramavile, et est ætatis triginta annorum et amplius. Essex'.

Idem Henricus et Johanna uxor ejus tenuerunt manerium de Graveshende conjunctim die quo idem Henricus obiit de domino Rege in capite. * * Prædicti Henricus et Johanna `aliquando' coram Johanne de Lovetot et sociis suis Justiciariis de Banco recognoverunt prædictum manerium cum pertinentiis esse jus Thomæ de Weylonde. Et pro hac recognitione fine et concordia idem Thomas concessit prædictis Henrico et Johannæ prædictum manerium cum pertinentiis, habendum et tenendum eisdem Henrico et Johannæ et hæredibus ipsius Henrici de corpore suo procreatis. * * Prædicta Johanna superstes est, propter quod dictum manerium ad totam vitam ipsius Johannæ `eidem Johannæ' per formam finis prædicti remanere debet. Et post mortem prædictæ Johannæ prædictum manerium cum pertinentiis ad dominum Regem reverti debet per feloniam quam idem Thomas de Weylonde fecit, eo quod prædictus Henricus obiit sine hærede de corpore suo procreato. * * Prædictus Henricus nullum habet hæredem nisi dominum Regem. Cant'.

Willielmus de Braham propinquior hæres ejus est et ætatis triginta annorum. * Dictus Henricus obiit die Sabbati in septimana Paschæ anno supradicto [26°]. Suff'olc'.

Dicunt [juratores] quod prædictus Henricus habuit quandam sororem nomine Elam quæ, si superstes sit et de tali statu quod possit hæreditatem suam clamare et jure obtinere, quod propinquior hæres ejus est; sed si superstes sit vel de congruo statu ad dictam hæreditatem obtinendam, vel de aliquo alio hærede vel cujus ætatis sit, penitus ignorant. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 1; *et* 27 *Edw. I. m.* 24.]

22. RADULPHUS DE ESLINGGE. *Inq. p. m.*

Alicia filia prædicti Radulphi propinquior hæres ejus est et ætatis triginta quatuor annorum. Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 2.]

23. SIBILLA DE LUMMELEYE *alias* LUMLEYE *alias* LOMELEY. *Inq. p. m.*

Prædicta Sibilla die quo obiit, videlicet, die Sabbati proxima post festum Sancti Jacobi Apostoli, scilicet, vicesimo sexto die Julii anno prædicto [26°], tenuit de domino Rege in capite capitale messuagium de West Chinyngton'. * * * Robertus de Lumley filius ejusdem Sibillæ est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti sex annorum. Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 2.]

24. ROGERUS DE COVERT. *Inq. p. m.*

Johannes de Covert filius prædicti Rogeri est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis duodecim annorum ad festum Sancti Thomæ Apostoli anno prædicto [26°]. Sussex'.

Johannes filius prædicti Rogeri de Covert est ejus hæres propinquior, et est ætatis quindecim annorum. Surr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 4.]

25. ROBERTUS DE SPALDINGTON'. *Inq. p. m.*

Osbertus de Spaldyngton' est propinquior hæres prædicti Roberti, et est ætatis quinquaginta annorum et amplius. Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 11.]

26. JOHANNES DE WHITEWELL' *alias* QUYTEWELL'. *Inq. p. m.*

Quidam Willielmus filius ejusdem Johannis propinquior hæres ejus est, et est ætatis quatuordecim annorum. Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 20.]

27. ROBERTUS GRYM. *Inq. p. m.*

Ranulphus frater prædicti Roberti Grym est propinquior hæres ejusdem Roberti Grym, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Huntingdon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 1.]

28. SIMON DE BOKEMYNYSTRE *alias* BOKEMINISTRE. *Inq. p. m.*

Willielmus de Bokemynystre filius prædicti Simonis est propinquior ejus hæres, et fuit ætatis undecim annorum ad festum Ascensionis Domini proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 11° *die Septembris.*] Lincoln'.

Item, De terris in Parva Casterton' quas Simon de Bokeministre tenuit ut de manerio de Eston' juxta Staunford' quod fuit Simonis de Lyndone tempore quo idem Simon de Lyndone Alianoram quondam Reginam Anglie consortem Regis nunc inde feoffavit.

Willielmus filius prædicti Simonis de Bokeministre est propinquior ejus hæres, et fuit ætatis novem annorum ad Gulam Augusti proximo præteritam. [*Inquisitio facta* 20° *die Octobris.*] Roteland'.

Simon de Bokeministre et Johannes Talbot et Alicia uxor ejus tenuerunt quasdam terras et tenementa in Parva Castreton' in comitatu Rotelond' in parcenaria de præfato Simone de Lyndone ut de manerio prædicto [de Eston' juxta Staunford']. Northampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 35 *Edw. I. m.* 4.]

29. *De anno* 25° *Edw. I. n°* 124.

30. RICARDUS DE GREY *alias* LE GREY. *Inq. p. m.*

Ricardus filius Willielmi filii Ricardi dicti Le Grey est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis decem annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 1° *die Septembris.*] Nottingham'.

Willielmus filius Willielmi de Grey est hæres propinquior dicti Ricardi, et fuit ætatis decem annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ in Martio anno regni Regis Edwardi vicesimo sexto. Nottingham'.

Ricardus filius Willielmi filii Ricardi de Grey est propinquior hæres et est nunc de ætate undecim annorum. [*Inquisitio facta die Jovis post festum Sancti Barnabæ Apostoli.*] Derb'.

31. HUMFRIDUS DE BASSINGBURNE. *Inq. p. m.*

Humfridus de Bassyngburne filius prædicti Humfridi de Bassyngburne est ejus hæres propinquior, et est ætatis viginti trium annorum et amplius. Northampton'.

Item de manerio de Abyndon' de quo Maria quæ fuit uxor ejus superstes conjunctim cum eo feoffata fuit.

Humfridus de Bassyngburne defunctus et Maria uxor ejusdem Humfridi conjunctim feoffati fuerunt de dicto manerio de Abyndon' per Humfridum patrem prædicti Humfridi viginti annis elapsis et amplius. Northampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 14.]

32. ROBERTUS DE UFFORD'. *Inq. p. m.*

Robertus de Ufford' est filius et hæres dicti domini Roberti propinquior, et fuit ætatis novemdecim annorum ad festum Sancti Barnabæ Apostoli ultimo præteritum. [*Inquisitio facta 5° die Octobris.*] Suffolc'.

33. THOMAS DE MARYNES *alias* MARINES.

Thomas filius prædicti Thomæ de Marynes est ejus hæres propinquior et de ætate triginta annorum. Cant'.

[*Vide Rot. Claus.*, 26 *Edw. I. m.* 5 *et m.* 2.]

34. JOHANNES UGHTRED *alias* OUHTRED *alias* UCTREDE *alias* UTRECH. *Inq. p. m.*

Johanna filia ejusdem Johannis est propinquior hæres ejus, et est ætatis quinque annorum et amplius. Ebor'.

Omnia prædicta tenementa [in Scardeburgh'] habuit idem Johannes Uctred ex legatione cujusdam Magistri Roberti de Scardeburgh' avunculi sui, quæ quidem tenementa idem Johannes cuidam Aviciæ matri suæ in lecto suo mortali usque ad terminum vitæ ejusdem Aviciæ legavit, prout in testamento suo continetur, salva dote Isabellæ uxoris ejusdem Johannis in eisdem tenementis. Et dicunt prædicti juratores quod talis est consuetudo de Scardeburgh' quod quilibet tenens in eadem potest tenementa sua legare in extremis diebus suis cuicumque voluerit exceptis viris religiosis. *Robertus Uctred avus fuit dicti Johannis.* Ebor'.

Dictus Johannes et Isabella uxor ejus tenuerunt manerium de Gowthorp' ex dono Johannis de Melsa patris prædictæ Isabellæ in libero maritagio cum prædicta Isabella. * * Johanna filia prædicti Johannis propinquior hæres ejus est, et est ætatis quinque annorum. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 14.]

35. HUGO DE SANCTO PHILIBERTO ET ALICIA UXOR EJUS.

De donatione et concessione terrarum quas Benedictus de Blakenham anno 25° Edw. I. dedit prædictæ Aliciæ, dum idem Hugo vir suus stetit in partibus Flandriæ.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 8.]

36. ROGERUS DE MOUBRAY *alias* MUBRAY *alias* MOUMBRAY. *Inq. p. m.*

Johannes de Moubray filius prædicti Rogeri propinquior hæres ejus est, et idem Johannes fuit die Decollationis Sancti Johannis Baptistæ anno regni Regis Edwardi vicesimo quinto de ætate undecim annorum. Ebor'.

Johannes de Moubray filius præfati Rogeri est propinquior ejus hæres, et fuit ætatis undecim annorum ad festum Sancti Cuthberti proximo præteritum. [*Inquisitio facta in festo Sancti Thomæ Apostoli.*] Lincoln'.

Johannes de Moubray filius prædicti Rogeri de Moubray propinquior hæres ejus est, et fuit ad festum Decollationis Sancti Johannis Baptistæ anno regni Regis Edwardi vicesimo quinto ætatis tredecim annorum. Leicestr'.

37. ROGERUS DE NODARIIS *alias* NOWERS FILIUS ROGERI DE NODARIIS. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod quidam Rogerus filius Rogeri filii Rogeri de Nodariis est propinquior hæres prædicti Rogeri filii Rogeri de Nodariis et ætatis unius anni et dimidii et quartæ partis unius anni. Dicunt etiam quod prædictus Rogerus filius Rogeri de Nodariis obiit die Martis proximo ante festum Sancti Marci Evangelistæ ultimo præterito. [*Inquisitio facta die Martis ante festum Trinitatis.*] Buckingham'.

Rogerus de Nodariis filius prædicti Rogeri de Nodariis est propinquior hæres ejusdem Rogeri et est ætatis duorum annorum. Bedeford'.

Sunt etiam aliæ inquisitiones de manerio de Churchull' et de prato de Mulneham, et de custodia hæredis, &c.

Rogerus de Nodariis, pater prædicti Rogeri nuper defuncti, dedit prædictum pratum cum pertinentiis prædicto Rogero filio suo et Johannæ uxori ejus et hæredibus ipsorum, et ipsos conjunctim per chartam suam inde feoffavit. Oxon'.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Rogerus de Whelton', filius et hæres domini Willielmi de Whelton' militis, anno prædicti domini Regis Edwardi octavo vel circiter, feoffavit Robertum Burnel nuper Bathon' et Wellen' Episcopum de toto servitio quod Rogerus de Nodariis, frater ipsius Rogeri de Whelton', debuit et fecit eidem Rogero de Whelton' de manerio de Churchull'. * * Et dicunt quod prædictus Robertus Burnel recepit homagium prædicti Rogeri de Nodariis: * et quod idem Rogerus de Nodariis obiit in homagio præfati Roberti Burnel: et postea Rogerus filius et hæres prædicti Rogeri de Nodariis fecit homagium et servitium prædictum præfato Roberto Burnel; et quod idem Robertus Burnel obiit seisitus

de homagio et servitio prædicto. Et dicunt quod idem Rogerus filius et hæres prædicti Rogeri de Nodariis, post decessum præfati Roberti Burnel, fecit homagium Philippo Burnel nepoti et hæredi præfati Roberti Burnel et servitia prædicta pro prædicto manerio de Churchull'. Et quod idem Philippus de homagio et servitio prædictis obiit seisitus, per quod custodia manerii prædicti pertinet ad Edwardum filium et hæredem præfati Philippi Burnel qui nunc est in custodia domini Regis. * * Tempore domini Henrici Regis, patris domini Edwardi Regis nunc, quidam Nicholaus de Nodariis, antecessor prædicti Rogeri de Nodariis, tenuit manerium prædictum de quodam Ricardo Le Vernoun, antecessore Ricardi Le Vernoun qui nunc est, per servitium unius feodi militis. Et prædictus Nicholaus tempore prædicto cecidit in custodia dicti Ricardi de Vernoun, antecessoris Ricardi de Vernoun qui nunc est, ratione minoris ætatis suæ, et idem Ricardus de Vernoun antecessor maritavit Eustachiam filiam suam prædicto Nicholao, et dedit eidem Nicholao et charta sua confirmavit quietationem de servitio unius feodi militis quod eidem debuit de manerio prædicto. * *

[*In dorso.*] Hæc autem inquisitio infrascripta capta fuit in præsentia Rogeri de Schireborn' attornati Matildæ matris Edwardi filii et hæredis Philippi Burnel, et in præsentia executorum Rogeri de Nodariis. Oxon'.

38. GILBERTUS DE GAUNT. *Inq. p. m.*

Et sunt tanquam unus hæres ipsius Gilberti Rogerus de Gertheston' [Kerdiston'] Petrus filius Petri de Mauley et Julia de Gaunt soror dicti Gilberti, et propinquiores sunt hæreditatis prædictæ; et sciendum, quod prædictus Rogerus de Gertheston' est de ætate viginti quatuor annorum et amplius, et prædicta Juliana habet ætatem quadraginta annorum et amplius, sed prædictus Petrus filius Petri habet ætatem octodecim annorum et amplius a die Natalis Domini ultimo præterito usque nunc. [*Inquisitio facta die Lunæ post festum Ascensionis Domini.*] Lincoln'.

Lora quæ fuit uxor ipsius Gilberti nondum dotata est.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 8 *bis.*]

39. ROBERTUS DE TYBOTOT *alias* TIBETOFT *alias* TIBBETOT. *Inq. p. m.*

Prædictus Robertus obiit apud Nettelstede die Jovis proximo post festum Sancti Dunstani proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Mercurii post festum Translationis Sancti Thomæ Martyris.*] Ebor'.

Dicunt [juratores] quod Paganus filius prædicti Roberti est hæres propinquior ejusdem Roberti. Et dicunt quod idem Paganus fuit ætatis septendecim annorum ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ proximo præteritum. Et dicunt quod prædictus Robertus obiit apud Nettilstede die Jovis proxima post festum Sancti Augustini Episcopi anno supradicto [26°]. [*Inquisitio facta in Vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ.*] Ebor'.

Quidam Payn filius prædicti Roberti est propinquior ejus hæres, et erit ætatis novemdecim annorum ad festum Sancti Martini proximo venturum. [*Inquisitio facta die Sancti Petri ad Vincula.*] Lincoln'.

Iidem juratores dicunt quod Paganus filius Roberti de Tybetot est propinquior hæres ipsius Roberti, et fuit ætatis octodecim annorum ad festum Sancti Martini proximo præteritum. Iidem juratores dicunt quod Eva quæ fuit uxor dicti Roberti de Tybetot est conjunctim feoffata de prædictis tenementis cum præfato Roberto viro suo tenendis sibi et hæredibus ipsius Roberti. [*Inquisitio facta die Sabbati post festum Translationis Sancti Thomæ Martyris.*] Cantebr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 22.]

40. Robertus de Tateshale *alias* Tatteshall' *alias* Tatersale, *senior*. *Inq. p. m.*

Robertus de Tatessall' filius prædicti Roberti propinquior hæres ejus est, et est ætatis triginta annorum et amplius. Ebor'.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quoad prædicta maneria de Welle, Crakehale et Thoraldeby cum suis membris et pertinentiis, quod prædictus Robertus de Tateshale nihil habuit nec tenuit in eisdem maneriis 'die quo obiit' nisi tantum ratione Johannæ filiæ Radulphi filii Radulphi uxoris ipsius Roberti, quæ quidem maneria de Welle, Crakehale et Thoraldeby eidem Johannæ in propartem suam sibi contingentem de hæreditate quæ fuit prædicti Radulphi dudum post mortem ejusdem Radulphi jure hæreditario descendebant et assignebantur tanquam uni filiarum et hæredum ipsius Radulphi. Et dicunt quod iidem Robertus et Johanna uxor ejus, quæ adhuc superstes est, tenuerunt eadem maneria conjunctim in forma prædicta de Johanne de Britannia ut de honore castri sui Richemond'. * * * Et dicunt quod Robertus de Tateshale filius ipsius Johannæ est hæres prædicti Roberti atque ipsius Johannæ propinquior, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.* 26 *Edw. I. m.* 2; *et* 31 *Edw. I. m.* 6 *et m.* 3.]

41. Willielmus de Bello Campo Comes Warrewic'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod tenuit quoddam tenementum in manerio de Schefeld', quod vocatur Le Dichall', de dote Matildæ uxoris suæ ipsam de terris et tenementis quæ fuerunt Gerardi de Furnivall' ibidem primi viri sui contingente; quod quidem tenementum post mortem prædictæ Matildæ ad Thomam de Furnivall' nunc dominum de Hallumshire, tanquam consanguineo et hæredi præfati Gerardi, reverti debet. Et dicunt quod Guydo de Warewyk' filius prædicti Willielmi est hæres propinquior ejusdem Willielmi, et est de ætate viginti trium annorum et amplius. Ebor'.

Gwydo filius Comitis Warrewic' est propinquior hæres dicti Willielmi de Bello Campo et Matildæ uxoris ejusdem et de ætate viginti septem annorum et amplius. Gloucestr'.

Dominus Guydo de Bello Campo filius dicti Comitis est ejus hæres propinquior, et est de ætate viginti sex annorum. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 16 *et m.* 4.]

42. THOMAS DE MARESEYE. *Inq. p. m.*

Thomas filius ejusdem Thomæ de Maresey est hæres ejus propinquior, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Nottingham'.

43. HENRICUS FILIUS JOHANNIS DE BRACEBRIGGE', *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

44. WILLIELMUS DE IREBY, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

45. PHILIPPUS LE PETYT, *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

46. JOHANNES LE TAYLLUR, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

47 (*a*). JOHANNES FILIUS WILLIELMI FRAUNCEYS DE HORSELOWE, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

47 (*b*). RICARDUS DE BEREFORD'. *Inq. ad q. d.*

48. WILLIELMUS DE VESCY, *defunctus. De terris ipsius Willielmi et Isabellæ uxoris ejus.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Adam de Perinton', pater prædictæ Isabellæ, obiit seisitus in dominico suo ut de feodo de manerio de Ellinton' cum pertinentiis. Et quod post mortem prædicti Adæ de Perinton' descendebat prædictum manerium de Ellinton' cum pertinentiis Isabellæ quæ fuit uxor Willielmi de Vesci, et Katherinæ Paynelle atque Lætitiæ de Kenys, ut filiabus 'suis' et hæredibus. Postea venit prædicta Lætitia et dedit totam propartem suam de prædicto manerio de Ellinton' cum pertinentiis prædictæ Isabellæ sorori suæ tenendam eidem Isabellæ et hæredibus suis imperpetuum. [*Inquisitio facta die Martis post Octabas Sancti Hilarii.*]

[*In dorso*] Emendetur ista inquisitio hoc modo. Dicant juratores super sacramentum suum quod duæ partes manerii de Elyngton' sunt de hæreditate præfatæ Isabellæ; et quod Adam de Perington' pater ejusdem Isabellæ obiit seisitus in dominico suo ut de feodo de prædicto manerio, post cujus mortem descendit feodum et jus isti Isabellæ Katherinæ Paynel et Lætitiæ de Keygnes, ut filiabus et hæredibus. Et postea vero prædicta Lætitia dedit totam propartem suam, videlicet, tertiam partem ejusdem manerii præfatæ Isabellæ sorori suæ. Northumbr'.

Item, secunda inquisitio, eo quod prima minus sufficiens est, facta 2° *die Martii.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod eschaetor domini Regis cepit in manum domini Regis prædictas terras et tenementa cum pertinentiis in Ellinton' post mortem prædicti Willielmi, ad custodiendum eas sub manu domini Regis donec Isabella quæ fuit uxor prædicti Willielmi fecisset domino Regi homagium suum et fidelitatem pro prædictis tenementis, et etiam donec eadem Isabella fecisset domino Regi sacramentum quod se non maritabit sine licentia domini Regis. Dicunt etiam quod prædicti Willielmus et Isabella

die quo idem Willielmus obiit tenuerunt duas partes manerii de Ellinton' cum pertinentiis tanquam terram et hæreditatem prædictæ Isabellæ uxoris suæ.

[*In dorso*] Emendetur ista inquisitio hoc modo. Primo dicant distincte et aperte quod post mortem Willielmi de Vescy fuerunt duæ partes istius manerii captæ in manum Regis. Postea dicant `distincte et aperte' quantum terræ et quid valeat per annum in omnibus exitibus. Postea dicant et dicere possunt confidenter quod prædictus Willielmus et Isabella non tenuerunt illa tenementa in Elington' conjunctim; immo eadem Isabella inde fuit seisita tanquam de hæreditate sua antequam dictus Willielmus eam desponsavit. Et idem Willielmus nihil in eisdem tenementis habuit, nisi pro eo quod habuit custodiam `corporis et' terræ ejusdem Isabellæ uxoris suæ.

Northumbr'.

49. Abbas et Conventus de Regali Loco Oxon'. *Inq. ad q. d.*

50. Thomas Exon' Episcopus—*pro* Decano et Capitulo ecclesiæ Beati Petri Exon'. *Inq. ad q. d.*

51. *De custodia forestarum de Brigstok' et Geytington'.*

52. Johannes, Prior de Briweton', *defunctus*. *De terris in manum Regis captis.*

53. Thomas de Morileye, *defunctus*. *Extentæ terrarum dicti Thomæ pro dote assignanda Hawisiæ uxori ejus.*

54. Arnaldus de Freskenede, *defunctus*. *De morte ipsius Arnaldi, quia Simon de Freskenede (cujus fidelitatem Rex cepit de proparte ipsum contingente de tenementis quæ fuerunt Johannis de Freskenede defuncti) asseruit prædictum Arnaldum fratrem suum diem clausisse extremum, per quod dicta tenementa eidem Simoni totaliter debeant remanere.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod præfatus Arnaldus ad festum Purificationis Beatæ Mariæ ultimo præteritum fuerunt quinque anni elapsi diem clauserat extremum in partibus transmarinis. [*Inquisitio facta die Jovis post festum Sancti Nicholai a° 27°.*]

Roteland'.

[*Vide n° 14 hoc anno; et Rot. Fin., 27 Edw. I. m. 24.*]

55. Gilbertus de Arderne Persona ecclesiæ de Hegham Gobyon—*pro* Priorissa et Conventu de Markyate. *Inq. ad q. d.*

‡ 56. *Duæ inquisitiones de quibusdam transgressionibus Regi factis apud Dripol in Holdernesse, et de portu de Hull', wrecco maris, &c.*

57. Johannes de Lenham—*pro* Willielmo Inge. *Inq. ad q. d.*

58. Robertus Balkot *vel* Balkoc—*pro* Priore et Conventu de Blida. *Inq. ad q. d. a° 26°.—Breve est a° 19°.*

59. Prior et Fratres Prædicatores de Scardeburgh'. *Inq. ad q. d.*

60. Willielmus de Deveneys. *De terra, piscaria, &c. apud Thorncastel in Hibernia. Inquisitio ad quod commodum.*

61. ROBERTUS CANTUAR' ARCHIEPISCOPUS. *Inq. ad q. d.*

62. HENRICUS DE PYNKENY—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE ASSHEBY CANONICORUM. *Inq. ad q. d.*

63. WALTERUS DE UFTON'—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE DERLEYE. *Inq. ad q. d.*

64. HENRICUS DE PERCY—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE WHITEBY. *Inq. ad q. d.*

65. HOSPITALIA SANCTORUM NICHOLAI ET THOMÆ MARTYRIS DE SCARDEBURGH'. *De statu eorundem et damnis per ipsa sustentis.*

66. JOHANNES DE SAUNDEBY, *defunctus. De messuagio in manum Regis capto, &c.*

67. LAMBERTUS DE TRYKYNGHAM—*pro* ECCLESIA BEATÆ MARIÆ DE HERDEBY. *Inq. ad q. d.*

68. GILBERTUS DE GAUNT, *defunctus. De clauso capto in manum Regis quod Nicholaus de Sancto Quintino nuper Persona ecclesiæ de Hale, prædecessor Roberti de Lacy nunc Personæ, dimisit dicto Gilberto ad terminum vitæ suæ.*

69. NICHOLAUS DE BOLINGBROC ET CECILIA DE SANCTO EDMUNDO—*pro* PRIORE ET CANONICIS ECCLESIÆ SANCTI EDMUNDI CANTEBRIG'. *Inq. ad q. d.*

70 *De feodis et servitiis Regi spectantibus in Cestreton' alienatis per Hugonem de Loges tempore Regis Henrici tertii, et per Hugonem de Loges et Ricardum de Loges successores præfati Hugonis.*

71. HUGO DE GERUNDE *alias* GEROUNDE. *Inq. p. m.*

Hugo filius Hugonis de Gerounde est propinquior hæres ipsius Hugonis, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 23.]

72. WILLIELMUS ELIENSIS EPISCOPUS. *Inq. p. m.*

Willielmus Touchet et Isabella [ ] Rogeri de Morteyn sunt propinquiores hæredes prædicti Willielmi nuper Eliensis Episcopi, et sunt plenæ ætatis. Buckingham'.

† 73. WILLIELMUS FILIUS ET HÆRES JOHANNIS LE MARESCHAL. *Probatio ætatis capta a die Sancti Michaelis in unum mensem.*

Gerardus de Wachesham miles ætatis quadraginta annorum, distans a Denham per sex leucas, juratus et diligenter examinatus de ætate prædicti Willielmi, dicit super sacramentum suum quod est plenæ ætatis, videlicet, viginti unius annorum, et fuit sexto die ante festum Sancti Michaelis anno vicesimo sexto. Requisitus qualiter hoc scit dicit quod ipse habet quendam filium, Egidium nomine, juniorem prædicto hærede duobus annis, et fuit novemdecim annorum ad sextum diem prædictum. Dicit etiam quod Johannes nunc Abbas Sancti Edmundi et tunc capellanus domini Roberti de Insula

baptizavit eum in ecclesia de Denham, et quidam 'Willielmus de Beuchamp' senescallus matris ipsius hæredis imposuit ei nomen, &c. De aliis circumstantiis certus est per relatum patriæ &c. * * * * Suffolc'.

* 74. ALICIA FILIA ET HÆRES HUGONIS DE WYNDESOR'. *Probatio ætatis.*

Petrus de Bowode ætatis quinquaginta annorum, distans a Bucham per duas leucas, juratus et diligenter examinatus dicit quod prædicta Alicia nata fuit apud Bucham et in ecclesia de Bemenistr' baptizata. Dicit etiam quod est ætatis sexdecim annorum et fuit ante Annunciationem Beatæ Mariæ in Quadragesima proximo præterita. Requisitus qualiter hoc scit dicit quod de die certo ignorat. Dicit etiam quod habet quandam filiam ejusdem ætatis, Johannam nomine, et eodem anno nata. * * Nicholaus de Strode de Bemenistr' ætatis triginta sex annorum, distans a Bucham per unam leucam, juratus et diligenter examinatus de ætate, loco nativitatis et baptismatis, concordat cum præjurato. Requisitus qualiter hoc scit, dicit quod habet quendam filium, Johannem nomine, ejusdem ætatis qui fuit sexdecim annorum die Annunciationis proximo post diem quo prædicta Alicia nata fuit. * * * * Dorset'.

† 75. ROBERTUS DE ARGENTEIN. *Inq. p. m.* [*De hærede nihil.*]

†*76. ROGERUS LOVEDAY, *defunctus.*

Inquisitio de terris et tenementis quæ fuerunt Rogeri de Loveday in comitatu Suffolciæ die quo obiit facta apud Breset' 22° die Februarii anno regni Regis Edwardi vicesimo sexto. * * Rogerus Loveday est filius et hæres dicti Rogeri propinquior, et est ætatis triginta sex annorum et amplius.——[*In dorso*] Expectetur ætas Ricardi de quo primæ inquisitiones faciunt mentionem, eo quod terræ et tenementa in inquisitionibus contenta sunt in manum Regis, nomine custodiæ, ratione minoris ætatis ipsius Ricardi; nec ante ætatem suam de tenementis illis potest amoveri de jure &c. Suffolc'.

[*Vide a°* 15 *Edw. I. n°* 33.]

27° *Edw. I.*

† 1. WILLIELMUS BALLE, DE SANDYACRE. *Inq. p. m.*

Petrus Balle filius prædicti Willielmi est propinquior hæres ejusdem; et fuit de ætate viginti et quatuor annorum ad festum Sancti Hilarii proximo præteritum. Derb'.

2. JOHANNES DE DOVORR' *alias* DOVERE. *Inq. p. m.*

Quidam Johannes filius dicti Johannis de Dovere nuper defuncti proximus hæres ejus est et ætatis viginti sex annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 5.]

3. ROBERTUS DE MORTEYN. *Inq. p. m.*

Eustachius filius dicti Roberti de Morteyn est hæres ejus propinquior, et est ætatis triginta annorum et amplius. Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 12.]

4. JOHANNES MORYZ *alias* MORIS, DE SEFORD'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Johannes Moriz de Sefford tenuit die quo obiit septem acras terræ in Chintinghes de domino Rege in capite per serjantiam de dono et concessione Ceciliæ de Sefford quondam uxoris suæ defunctæ antequam eam desponsavit, tenendas ad terminum vitæ suæ. * * Et dicunt quod Johannes Le Lad filius prædictæ Ceciliæ propinquior hæres ipsius Ceciliæ est, et est ætatis viginti quinque annorum, et quod ad prædictum Johannem Le Lad filium præfatæ Ceciliæ reversio terrarum et tenementorum prædictorum pertinet. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 10.]

5. MARGERIA LA TAILLORE *alias* TAILLOUR. *Inq. p. m.*

Nicholaus filius prædictæ Margeriæ est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis triginta annorum ad festum Natalis Domini proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 26° *die Maii.*] Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 14.]

6. SIBILLA DE BEAUCHAMP' *alias* BEUCHAMP'. *Inq. p. m.*

Duæ sorores, Johanna et Alicia, filiæ dictæ Sibillæ propinquiores hæredes sunt ejusdem, quarum una est triginta annorum, nomine Johanna, et Alicia est de ætate viginti et sex annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 3.]

7. WALTERUS DE GLEMESFORD'. *Inq. p. m.*

Thomas filius Ricardi de Glemesford' 'consanguineus prædicti Walteri' proximus hæres ejus est, et est de ætate triginta annorum et amplius. Cantebr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 18.]

8. JOHANNES DE SETON'. *Inq. p. m.*

Quidam Cristoforus est filius et propinquior hæres prædicti Johannis, et erat ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi vicesimo septimo de ætate viginti et unius annorum. Cumberland'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 4; 28 *Edw. I. m.* 7; *et* 33 *Edw. I. m.* 2.]

9. THOMAS LE ARCHER. *Inq. p. m.*

Ricardus Le Archer est filius prædicti Thomæ et propinquior hæres ejus, et fuit de ætate quinquaginta annorum et amplius ad festum Sancti Martini proximo præteritum. Derb'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 16.]

10. WILLIELMUS HASARD'. *Inq. p. m.*

Thomas Hasard' filius prædicti Willielmi est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis viginti octo annorum ad festum Natalis Domini proximo futurum. Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 16.]

11. JOHANNES FAUCYLLUN *alias* FAUCILUN. *Inq. p. m.*

Robertus Faucilun est filius ejusdem Johannis et hæres propinquior et ætatis triginta annorum et amplius. Essex'.

12. HENRICUS DE WYNTON'. *Inq. p. m.*

Juratores dicunt quod dictus Henricus de Wynton' duxit quandam in uxorem sub lege Judayca, et postea conversi erant ad legem Christianam. Et generabant quendam filium, Thomam nomine, quem dicunt esse hæredem propinquiorem ipsius Henrici si matrimonium præcontractum inter ipsos antequam conversi essent rite stare posset. Item dicunt quod dictus Thomas est ætatis triginta annorum et amplius. Essex'.

13. RADULPHUS DE COTUM *alias* COTOM. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod quædam Alicia filia prædicti Radulphi de Cotum primogenita et quidam Johannes de Coyners filius cujusdam Scolaciæ sororis prædictæ Aliciæ, quæ Scolacia similiter fuit filia prædicti Radulphi, sunt propinquiores hæredes ejusdem Radulphi; et dicunt quod prædicta Alicia est ætatis triginta annorum et prædictus Johannes est ætatis quatuordecim annorum. Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 18 *et m.* 6.]

14. RICARDUS FILIUS JOHANNIS. *Inq. p. m.*

Avelina quæ fuit uxor Walteri de Burgo 'de qua natus est Ricardus de Burgo,' Johanna quæ fuit uxor Theobaldi Le Buttiller et Comitissa de Warwyk', sorores ipsius Ricardi 'una cum Roberto de Clifford' et Idonia de Leyburn'' propinquiores hæredes 'ejus' sunt et de ætate triginta annorum et amplius. Hibern'.

[*Vide a°* 25 *Edw. I. n°* 50.]

15. THOMAS DE FURNEAUS. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Thomæ propinquior hæres ejus est, et est de ætate sexdecim annorum et amplius. Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 15.]

16. RICARDUS DE FRYVILLE *alias* FREVILL'. *Inq. p. m.*

Johannes de Fryville filius prædicti Ricardi de Fryville proximus hæres ejus est, et est ætatis viginti octo annorum et amplius. Cantebr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 14.]

17. THOMAS DE SAUNFORD' *alias* SANFORDE. *Inq. p. m.*

Auda soror dicti Thomæ est hæres propinquior ipsius Thomæ, et fuit ætatis viginti quatuor annorum ad festum Natalis Domini ultimo præteritum. [*Inquisitio facta* 8° *die Januarii.*] Cestr'.

Ada soror prædicti Thomæ propinquior hæres ejus est, et est de ætate triginta annorum et amplius. Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 20.]

18. ALICIA DEL TEMPLE DE GRAHAM *alias* GRANTHAM. *Inq. p. m.*

Quædam Matilda ad Portam ecclesiæ de Graham, consanguinea prædictæ Aliciæ, est propinquior ejus hæres, et fuit ætatis undecim annorum ad Gulam Augusti ultimo præteriti. [*Inquisitio facta 14° die Januarii.*] Lincoln'.

19. BARTHOLOMÆUS DE ANESEYE. *Inq. p. m.*

Thomas 'de Aneseye' filius Bartholomæi de Aneseye est ejus hæres propinquior, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 6.]

20. PETRUS MAUVEYSYN. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Petri est propinquior hæres ejus, et fuit ad festum Beati Petri ad Vincula ultimo præteritum decem et octo annorum. [*Inquisitio facta die Lunæ post festum Sancti Andreæ.*] Salop'.

21. HUGO PEVEREL. *Inq. p. m.*

Johannes Peverel filius prædicti domini Hugonis est ejus propinquior hæres et ætatis viginti trium annorum et amplius. Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 11.]

22. WILLIELMUS DE HALTON'. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod idem Willielmus obiit die Martis in septimana Paschæ isto anno [27°], et quod Johannes filius ejusdem Willielmi est propinquior hæres ejusdem, et fuit ætatis novemdecim annorum ad festum Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis anno regni Regis Edwardi vicesimo sexto. Northumbr'.

23. AVELINA DE LA LEGHE. *Inq. p. m.*

Johanna quæ fuit uxor Nicholai de Cruce dotata est de tertia parte ejusdem manerii [de Waleton' super Thamisiam]. * * * Johannes de La Leghe est filius et hæres propinquior ejusdem Avelinæ et est ætatis triginta annorum et amplius. Surr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 9.]

24. JOHANNES DE MAURDYN. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod idem Johannes de Maurdyn tenuit de domino Rege in capite per homagium et fidelitatem unum messuagium in Wystaneston', * quod quidem messuagium dictus Johannes et Isabella Haket uxor sua conjunctim emerunt de Nicholao de Schypton'. * * Dicunt etiam quod Isabella Haket est hæres ipsius Johannis propinquior de prædictis terris et tenementis in Wystaneston', et est ætatis triginta trium annorum et amplius. * * * Dicunt etiam quod Ricardus filius Ricardi filii Johannis de Maurdyn est ipsius Johannis hæres propinquior de omnibus terris et tenementis suis prædictis in manerio de Maurdyn et Lude, et ætatis tredecim annorum et amplius. Et dicunt quod est ætatis ad terram suam tenendam secundum consuetudinem dicti manerii de Maurdyn. Hereford'.

25. ADAM DE CRETING' *alias* CRETYNGG' *alias* CRETINGK'. *Inq. p. m.*

Prædictus Adam et Nicholaa uxor ejus conjunctim feoffati fuerunt de manerio de Rumford' in Haverynggе per dominum Regem. [*Inquisitio capta 3° die Junii a° 27°.*] Essex'.

Johannes de Cretyngg' filius prædicti Adæ de Cretyngg' est propinquior hæres ipsius Adæ; sed cujus ætatis sit ignorant [juratores] quia natus fuit apud Strogul in Wallia. Huntingdon'.

Dominus Johannes de Creting' est filius et hæres dicti Adæ propinquior et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. [*Inquisitio facta 26° die Octobris a° 26°.*] Suffolc'.

Sunt etiam inquisitiones de tenura, custodia terrarum, &c.

26. RADULPHUS DE CRUMWELL'. *Inq. p. m.*

Radulphus filius dicti Radulphi est propinquior ejus hæres, et est ætatis septem annorum. Nottingham'.

27. PETRUS BALDEWYNE. *Inq. p. m.*

Petrus filius prædicti Petri Baldewyne propinquior hæres ejus est, et est ætatis undecim annorum et amplius. Surr'.

28. THOMAS DE MERTONE. *Inq. p. m.*

Ricardus filius prædicti Thomæ est propinquior hæres ejusdem Thomæ, et fuit ad festum Conceptionis Sanctæ Mariæ Virginis anno regni Regis vicesimo septimo de ætate octodecim annorum. Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 6.]

29. JOHANNES DE LEYHAM FILIUS JOHANNIS DE LEYHAM. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod dominus Ricardus de Brumpton', consanguineus prædicti Johannis filii Johannis de Leyham, est 'ejus' propinquior hæres, et quod est ætatis quadraginta annorum. Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 11.]

† 30. ROBERTUS DE SPROXTON'. *Inq. p. m.*

Item dicunt [juratores] quod prædictus Robertus tenuit die quo obiit in Sproxton' septem bovatas terræ quarum quælibet valet per annum quinque solidos, et quatuor cotagia: * de quibus quidem septem bovatis terræ et quatuor cotagiis prædictis dicunt quod Matilda quæ fuit uxor prædicti Roberti feoffata fuit per Willielmum de Sproxton' et pacificam seisinam inde habuit per tredecim septimanas antequam prædictus Robertus ipsam desponsavit. Et dicunt quod Willielmus filius prædicti Roberti est hæres ejus propinquior, et fuit de ætate viginti et unius anni ad festum Inventionis Sanctæ Crucis proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Lunæ post festum Sancti Ambrosii.*] Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 17.]

31. Robertus de Bosco. *Inq. p. m.*

Robertus de Bosco filius prædicti domini Roberti defuncti est hæres propinquior, et est ætatis triginta annorum. Suffolc'.

32. Hawisia quæ fuit uxor Reginaldi de Valle Torta. *Inq. p. m.*

Petrus Corbet ætatis triginta annorum et amplius et Henricus de La Pomerey ætatis triginta duorum annorum sunt propinquiores hæredes hæreditatis prædicti Reginaldi. Devon'.

Est etiam inquisitio facta 4° die Julii a° 29° de terris in manu Regis adhuc existentibus, &c.

Quidam Radulphus de Valle Torta, qui aliquando tenuit maneria de Hurberton' et Brixham cum suis pertinentiis simul cum aliis terris et tenementis de domino Rege in capite per baroniam, obiit inde seisitus, relicto Reginaldo de Valle Torta filio et hærede suo infra ætatem existente: Johanna vero quæ fuit uxor prædicti Radulphi, adhuc superstes, dotata est de tertia parte prædicti manerii de Brixham. Et prædictus Reginaldus, ratione minoris ætatis suæ, simul cum terris et tenementis quæ ei jure et hæreditario descenderunt, in custodia domini Regis existens, de assensu domini Regis prædictam Hauwisiam duxit in uxorem, et obiit sine hærede de se, per quod hæreditas prædicta resortita est cuidam Rogero de Valle Torta tanquam avunculo ipsius Reginaldi. Et prædicta Hauwisia per judicium curiæ domini Regis recuperavit in dotem duas partes dicti manerii de Brixham. Qui quidam Rogerus avunculus prædicti Reginaldi omnes terras et tenementa sua diversis hominibus alienavit, nihil sibi retinendo nisi prædictum manerium de Hurberton', quod est caput Baroniæ prædictæ, et postea obiit de eodem manerio seisitus, post cujus mortem, Eschaetor domini Regis tunc temporis cepit illud manerium in manum domini Regis, et sic remanet hiis diebus. * Requisiti [juratores] qua de causa hæreditas prædicta in manu domini Regis adhuc existit, dicunt quod Henricus de La Pomereye et Petrus Corbet, propinquiores hæredes prædicti Rogeri, hucusque jus suum versus dominum Regem 'inde' non sunt prosecuti. Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 12.]

33. Hugo de Braundeston'. *Inq. p. m.*

Dictus Hugo et Margareta uxor ejus conjunctim feoffati tenuerunt manerium de Redenhal' die quo prædictus dominus Hugo obiit, qui inde feoffati fuerunt per Bartholomæum de Yatingdon' patrem prædictæ Margaretæ tenendum de domino Rege in capite per servitium duorum feodorum militum sibi et hæredibus suis de prædicta Margareta legitime procreatis sive aliis hæredibus ipsius Margaretæ si ipsa prolem de prædicto domino Hugone non habuerit procreatam. * * * Propinquior hæres prædicti Hugonis est quidam Henricus filius prædictorum Hugonis et Margaretæ, et est ætatis sexdecim annorum. Norfolc'.

Henricus de Braundeston' est filius Hugonis de Braundeston' et hæres ejus propinquior, et fuit ætatis sexdecim annorum ad festum Nativitatis Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi vicesimo sexto. Leicestr'.

34. JOHANNES DE WHITEWELL' *alias* QUYTEWELL' *alias* WYTEWELLE. *Inq. p. m.*

Willielmus filius ejusdem Johannis est propinquior hæres ejusdem, et est ætatis tredecim annorum. [*Inquisitio facta die Veneris ante festum Sanctæ Margaretæ a°* 26°.]

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 20.]

35. MATILDIS DE KYME. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod domina Johanna de Vyvonia et domina Cecilia de Bello Campo sunt filiæ ejusdem Matillidis et propinquiores hæredes ipsius Matillidis. Item dicunt quod prædicta domina Johanna filia antenata est de ætate quinquaginta annorum; et prædicta domina Cecilia filia post-nata est de ætate quadraginta annorum. Berk'.

Est etiam inquisitio utrum Guido de Roche-Chiward et Sibilla uxor ejus et Adomarus de Archiaco sint cohæredes earundem Johannæ et Ceciliæ.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædicta Sibilla uxor Guidonis de Roche-Chiward et prædictus Adomarus de Archiaco sunt cohæredes et participes prædictarum Johannæ et Ceciliæ de hæreditate dictæ Matildis, quia dicunt quod prædicta Sibilla fuit filia prædictæ Matildis et soror prædictarum Johannæ et Ceciliæ, et prædictus Adomarus fuit filius 'et hæres' cujusdam Mabillæ quæ fuit quarta filia prædictæ Matildis et soror prædictarum Johannæ et Ceciliæ; et sic sunt cohæredes et participes prædictarum Johannæ et Ceciliæ de hæreditate prædicta. Dicunt etiam quod prædicti Sibilla et Adomarus sunt ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Bedford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 4 *ter; et* 32 *Edw. I. m.* 1.]

36. JOHANNES DE HERIZ. *Inq. p. m.*

Johannes filius Johannis Le Heriz est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis viginti et unius annorum ad festum Sancti Gregorii in Martio proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 1° *die Julii.*] Derb'.

Johannes filius prædicti Johannis de Heryz est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis viginti unius anni in Vigilia Sancti Gregorii proximo præteriti. [*Inquisitio facta* 26° *die Junii.*] Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 12.]

37. INGELRAMUS DE BALLIOLO. *Inq. p. m.*

Henricus de Percy, filius Henrici de Percy, consanguineus ejusdem Ingelrami est propinquior hæres ejusdem Ingelrami, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Leicestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 22.]

38. WILLIELMUS DE CODSTEDE *alias* COTSTED'. *Inq. p. m.*

Willielmus filius prædicti Willielmi de Cotsted' est ejus hæres propinquior et de ætate duorum annorum et dimidii. Cant'.

39. Rogerus Le Sauvage *alias* Sawage *alias* Savage (filius Margeriæ La Savage). *Inq. p. m.*

Dicunt prædicti jurati quod Claricia filia Rolandi de Oestede est una hæredum prædicti Rogeri et de ætate viginti quinque annorum; Alina filia Rolandi de Oestede est similiter una hæredum prædicti Rogeri et ætatis viginti quatuor annorum; Lucia filia dicti Rolandi est una hæredum dicti Rogeri Le Sauvage et ætatis viginti trium annorum. Item dicunt quod Thomasina filia dicti Rolandi est similiter una hæredum dicti Rogeri et ætatis viginti duorum annorum. Cant'.

Prædictus Rogerus Le Sawage fuit infra ætatem et in custodia domini Regis existens die quo obiit. * * * Claricia, Alina, Lucya et Thomazina, sorores Margeriæ matris dicti Rogeri Le Sawage defuncti, sunt propinquiores hæredes dicti Rogeri Le Sawage defuncti; et est Claricia ætatis viginti quinque annorum et maritata Martino Senche; et Alina ætatis viginti quatuor annorum et maritata Johanni de Hamme; et Lucya est ætatis viginti trium annorum et maritata Johanni Le Sawage; et Thomazina est ætatis viginti duorum annorum et non est adhuc maritata. Surr'.

[*Vide* n° 69 *hoc anno; et Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 18.]

40. Ricardus de Arcy. *Inq. p. m.*

Willielmus filius Ricardi de Arcy est propinquior hæres ejusdem Ricardi, et fuit ætatis novemdecim annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 4° *die Julii.*] Lincoln'.

41. Agnes quæ fuit uxor Willielmi Le Estur. *Inq. p. m.*

Quædam Matilda de Gadecombe dedit dicto Willielmo Le Estur filio et hæredi suo et dictæ Agneti in libero maritagio manerium de Kauleborne tenendum sibi et hæredibus de corpore eorum procreatis 'de prædicta Matilda.' * * Prædictum manerium debet reverti ad Baldewinum de Insula, filium et hæredem Galfridi de Insula fratris et hæredis prædicti Willielmi Le Estur, eo quod idem Willielmus et Agnes prædicta obierunt sine hærede de corpore eorum procreato. * * Dictus Baldewinus est de ætate viginti quatuor annorum et amplius. * * Prædicta Agnes quæ fuit uxor Willielmi Le Estur tenuit die quo obiit manerium de Wytewell' de hæreditate dicti Baldewini, nomine dotis. Southampton'.

[*Vide a°* 20 *Edw. I. n°* 16.]

42. Oliverus de Dyneham. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod Joceus de Dyneham, filius prædicti Oliveri de Dyneham, est propinquior hæres ejusdem Oliveri. Et etiam dicunt quod est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Somerset'.

Joceus filius prædicti Oliveri est propinquior hæres ejusdem Oliveri, et est de ætate viginti sex annorum et amplius. Cornub'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 19.]

43. HAWISIA GRELLE *alias* GREYLE *alias* GRELLEY. *Inq. p. m.*

Quidam Thomas est filius et hæres propinquior ejusdem Hawysiæ, et fuit in Vigilia Sancti Laurentii anno regni Regis Edwardi 27° de ætate viginti annorum. Leicestr'.

Prædicta Hawysia tenuit manerium de Casterton' die quo obiit nomine dotis de hæreditate Roberti de Grelle quondam mariti sui. * * * Thomas de Grelle filius prædictæ Hawysiæ est propinquior hæres ipsius Hawysiæ, et fuit ætatis viginti annorum in vigilia Sancti Laurentii ultimo præterita. Roteland'.

44. WALTERUS DE LA POYLE *alias* POILE. *Inq. p. m.*

Tenuit manerium de Hampton' Stevene cum advocatione ecclesiæ ejusdem villæ de domino Rege in capite ratione cujusdam Aliciæ de Hampton' uxoris suæ, quæ modo superstes est, quam desponsaverat. * Quæ quidem Alicia diu antequam prædictus Walterus eam desponsavit sola tenuit manerium prædictum cum advocatione prædicta. * Et sic prædictum manerium cum pertinentiis simul cum advocatione prædicta post mortem ejusdem Walteri prædictæ Aliciæ remanere debet ut illud quod est de hæreditate ipsius Aliciæ. * * * Johannes de La Poyle filius prædictorum Walteri et Aliciæ est propinquior hæres ejusdem Walteri, et est ætatis viginti duorum annorum. Oxon'.

Walterus de La Poyle nihil tenuit de domino Rege in capite die quo obiit in comitatu prædicto nec de aliis, quia prædictus Walterus feoffavit Johannem de La Poyle filium suum et Isabellam uxorem ejus 'de manerio de La Poyle in comitatu prædicto' per quinque annos ante mortem suam. * Johannes de La Poyle est propinquior hæres prædicti Walteri de La Poyle patris sui et est ætatis viginti quatuor annorum. Middlesex'.

Johannes de La Poile filius dicti Walteri propinquior hæres ejus est, et est ætatis viginti quinque annorum. Surr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 23.]

45. ROGERUS LE SAUVAGE, DE PECCO. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Rogeri Le Sauvage defuncti propinquior hæres ejusdem Rogeri est et ætatis viginti . . . . . [*Inquisitio facta* 28° *die Aprilis.*] Surr'.

Johannes filius Rogeri Le Sauvage est propinquior hæres ejus, et erit de ætate decem et novem annorum ad festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ proximo futurum. [*Inquisitio facta die Sabbati post festum Sancti Augustini.*] Derb'.

[*Vide Rot. Fin.*, 29 *Edw. I. m.* 14.]

46. NICHOLAUS DE ALDITHELE *alias* ALDITHELEYE. *Inq. p. m.*

Thomas filius prædicti Nicholai est ejus propinquior hæres et fuit in Quindena Paschæ proximo præterita ætatis decem annorum. Salop'.

47. Willielmus de Cryketot *alias* Criketoft. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Willielmus filius prædicti domini Willielmi de Criketoft est ejus propinquior hæres, et quod est ætatis viginti trium annorum et amplius. Item, quod prædictus dominus Willielmus de Criketoft obiit primo die Maii anno supradicto [27°]. Suffolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 14.]

48. Robertus Achard. *Inq. p. m.*

Jurati dicunt per sacramentum suum quod prædictus Robertus nullas terras aut tenementa tenuit de domino Rege in capite in comitatu Berk' in dominico suo ut de feodo die quo obiit, nisi ad terminum vitæ suæ tantum. Sed dicunt quod aliquo tempore tenuit manerium de Spersholt et manerium de Aldremanston' cum pertinentiis in eodem comitatu de domino Rege in capite per servitium feodi unius militis. Et postea ex licentia domini Regis dedit cuidam Magistro Ricardo de Coleshull' maneria prædicta cum pertinentiis: * qui quidam Magister Ricardus de maneriis prædictis cum pertinentiis obiit seisitus, post cujus mortem Elyas de Coleshull', frater prædicti Magistri Ricardi et proximus hæres ejus, intravit in maneriis prædictis et domino Regi homagium suum fecit pro eisdem. * Et post seisinam suam pacifice habitam prædictus Elyas per finem levatum in curia domini Regis, inter ipsum Elyam et præfatum Robertum Achard, concessit eidem Roberto maneria prædicta cum pertinentiis, simul cum dote Isabellæ matris ipsius Roberti cum acciderit, tenenda de domino Rege qui est capitalis dominus feodi illius tota vita prædicti Roberti per servitia quæ ad illa maneria pertinent. Ita quod post decessum ipsius Roberti prædicta duo maneria cum pertinentiis integre remanerent Roberto filio Elye de Coleshull' et hæredibus suis; * per quod illa tenementa cum pertinentiis post mortem præfati Roberti Achard prædicto Roberto filio Elyæ de Coleshull' per prædictum finem in curia domini Regis ex licentia ipsius Regis remanere debent; qui quidem Robertus filius Eliæ est infra ætatem, scilicet, novemdecim annorum et dimidii. * * Et dicunt per sacramentum suum quod Willielmus Achard, frater prædicti Roberti Achard, est propinquior hæres ejus de sanguine, et est ætatis triginta annorum et amplius; sed de terris et tenementis prænominatis nihil habere potest jure hæreditario eo quod omnia tenementa prædicta per virtutem finis prædicti, sicut prædictum est, prædicto Roberto filio Elye de Coleshull' remanere debent; qui quidem Robertus nunc est infra ætatem, ut superius dictum est. Dicunt etiam quod Isabella mater prædicti Roberti Achard fere tenet duas partes prædicti manerii [de Spersholt] tum in dotem per assignationem ejusdem Roberti tum per warantiam pro terris quas idem Robertus alienavit quæ modo non extenduntur. Berk'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 21.]

49. Ricardus Foliot et Jordanus Foliot. *Inq. p. m.* [*Sunt duo Brevia de Diem clausit extremum.*]

Inquisitio de terris et tenementis quæ fuerunt Ricardi Foliot, et etiam quæ fuerunt Jordani Foliot, facta apud Ebor' 23° die Junii.

* * Dicunt [jurati] quod Jordanus filius prædicti Ricardi fuit proximus hæres ipsius Ricardi die obitus sui et ætatis quinquaginta annorum et amplius; qui Jordanus postea obiit infra quinque septimanas post mortem prædicti Ricardi patris sui. * * Et dicunt quod prædictus Jordanus et Margeria uxor ejus, conjunctim feoffati per Ricardum Folyot de maneriis de Northon' et Fenewyk', tenuerunt dicta maneria die obitus prædicti Jordani de Henrico de Lacy Comite Lyncoln' per servitium trium feodorum militum, quæ Margeria adhuc superstes est. * Dicunt etiam quod Ricardus filius ejusdem Jordani est ejus hæres propinquior et fuit ætatis quindecim annorum ad Natale Domini proximo præteritum. Ebor'.

50. Milisenta de Monte Alto. *Inq. p. m.*

Willielmus La Zouche fuit filius Milisentæ de Monte Alto, et est hæres ejus propinquior; et fuit ætatis viginti duorum annorum ad festum Sancti Thomæ Apostoli ante Natale Domini anno regni Regis Edwardi vicesimo septimo. Warewic'.

Willielmus La Soche est filius et propinquior hæres prædictæ Milisentæ et fuit ætatis viginti et unius anni octodecimo die Decembris anno supradicto [27°]. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin.*, 11 *Edw. I. m.* 23; *et* 27 *Edw. I. m.* 21.]

51. Philippus Paynel. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Philippi Paynell' est propinquior ejus hæres, et fuit ætatis unius . . . . [anni] in Vigilia Natalis Domini proximo præteriti. [*Inquisitio facta* 25° *die Junii.*] Lincoln'.

Johannes filius prædicti Philippi Paynel est propinquior hæres dicti Philippi et ætatis duorum . . . . . [annorum]. [*Inquisitio facta* 26° *die Junii.*] Dorset'.

52. Radulphus filius Bernardi. *Extenta manerii de Thunderley alias Thundrysle facta de assensu ipsius Radulphi.*

53. Willielmus de Gouiz. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Johanna et Alicia filiæ prædicti Willielmi de Gouiz sunt propinquior hæres ejusdem Willielmi, et quod dicta Johanna est ætatis quatuordecim annorum et dicta Alicia est ætatis decem annorum. Dorset'.

Sunt etiam extentæ anno 28° *factæ de terris et tenementis prædicti Willielmi, de quibus Johannes Le Latimer, qui Johannam primogenitam filiam et hæredem Willielmi de Gouiz de licentia Regis duxit in uxorem, custodiam duarum partium habet usque ad legitimam ætatem hæredum dicti Willielmi, et de quibus Petronilla quæ fuit uxor ipsius Willielmi (et quæ est in partibus transmarinis per protectionem Regis) plus habet in dotem quam habere debet, prout præfatus Johannes paratus est ostendere.*

54. Alanus de Plugenet *alias* Plogenet *alias* Plokeneth'. *Inq. p. m.*

Alanus filius dicti Alani est propinquior hæres ejusdem, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Somerset'

Tenuit manerium de Genge simul cum Johanna uxore ejus conjunctim sicut perquisitum ipsorum Alani et Johannæ et hæredum suorum de domino Rege in capite. * * Prædictus Alanus nihil juris habuit in eodem manerio nisi liberum tenementum ad terminum vitæ suæ, eo quod quidam Radulphus Le Viscounte miles dedit prædictum manerium cum pertinentiis prædictis Alano et Johannæ uxori ejus et hæredibus eorum. * * * Alanus filius Alani de Plogenet nuper defuncti est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. * Prædictum manerium cum pertinentiis post decessum prædicti Alani remanere debet Johannæ uxori prædicti Alani ut illud quod est de perquisito ipsorum Alani et Johannæ. Berk'.

Dicunt [juratores] quod idem Alanus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit de centum solidatos annui redditus in Tangeleygh' in comitatu prædicto [Southampton'], et dicunt quod Andreas Wake dedit prædictos centum solidatos annui redditus dicto Alano cum Johanna filia sua in liberum maritagium. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 22.]

55. Johannes Giffard', de Brimmesfeld'. *Inq. p. m.*

Prædictus Johannes Giffard' tenuit die quo obiit per legem Angliæ, de hæreditate Matildæ Lungespeye apud Corfham et Colmyton' quædam tenementa de domino Rege in capite. * * * Margareta Comitissa Lincoln', Katherina uxor Nicholai de Auditheley, Alianora Giffard' et Matilda Giffard', filiæ prædictæ Matildæ de Lungespeye, sunt propinquiores hæredes ejusdem Matildæ Lungespeye. Et prædicta Margareta est ætatis triginta annorum, et prædicta Katherina est ætatis viginti septem annorum, et prædicta Alianora est ætatis viginti quatuor annorum et prædicta Matilda est ætatis viginti duorum annorum. Salop'.

Johannes filius prædicti Johannis Giffard est propinquior hæres ejus et est ætatis tredecim annorum. Oxon'.

Johannes Gyffard filius prædicti Johannis Gyffard est ipsius Johannis Gyffard propinquior hæres, et erit in festo Sancti Michaelis jam proximo futuro anno quo supra [27°] ætatis duodecim annorum. Hereford'.

Johannes Giffard est filius et propinquior hæres dicti Johannis Giffard nuper defuncti, et fuit ætatis duodecim annorum ad festum Nat' [Nativitatis *vel* Natalis] Beati Johannis Baptistæ proximum præteritum. [*Inquisitio facta* 14° *die Julii.*] Wiltes'.

Est etiam Inquisitio de terris in Orcheston' Sancti Georgii de quibus Margareta quæ fuit uxor Johannis Giffard', adhuc superstes, cum præfato viro suo conjunctim feoffata fuit.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 2 *quater.*]

56. Willielmus Le Vavassur *pro* capella Sancti Leonardi de Heselwode. *Inq. ad q. d.*

‡ 57. *Literæ W. Coventr' et Lichfeld' Episcopi W. de Hamelton' locumtenenti Cancellarii Angliæ; de tribus inquisitionibus ei missis, de tenementis concessis Prioribus Sanctæ Katherinæ extra Lincoln' et Sancti Edmundi Cantebr'.*

58 *a*. PHILLIPUS LE PETYT, *qui pro felonia abjuravit regnum. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

58 *b*. *De anno* 23° *Edw. I. n°* 138.

59. RICARDUS BROM DE ASTONE, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

60. RICARDUS DE AFTON' *vel* ASTON'—*pro* WILLIELMO LE IREYS, ET PETRO SPROT. *Inq. ad q. d.*

61. PRIOR ET CONVENTUS DE MERTON'. *Duæ Inq. ad q. d. de an.* 25° *et* 27°.

62. ABBAS DE KIRKESTEDE. *Inq. ad q. d.*

63. WILLIELMUS DE POTTESLEPE, *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

64. THOMAS DEUWY, DE TREUERU. *Inq. p. m.*

Thomas filius prædicti Thomæ Deuwy propinquior hæres ejus est, et est de ætate triginta annorum et amplius. Cornub'.

65. PRIOR DE MARKEBY. *Inq. ad q. d.*

66. WILLIELMUS DE WESTGATE, *defunctus. De terris suis, quæ in manu Regis existunt tanquam eschaeta.*

De qua terra Elena quæ fuit uxor ipsius Willielmi tenet duo burgagia in villa de Aberconewey *&c.* * nomine dotis ad terminum vitæ suæ. [*Inquisitio facta a°* 28°.] Northwall'.

67. JACOBUS MARTEL, *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

68. ROBERTUS TUPEHEVED', *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

69. JOHANNES LE SAUVAGE ET LUCIA UXOR EJUS — *pro* MARTINO SENCH *alias* SHENCHE ET CLARICIA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*

Dicunt [juratores] quod prædictum manerium de Hocstede fuit cujusdam Rolandi de Hocstede qui inde obiit seisitus, et post cujus mortem per descensum hæreditarium devenit quibusdam Luciæ Clariciæ et aliis filiabus prædicti Rolandi. Surr'.

[*Vide n°* 39 *hoc anno.*]

70. ADAM FILIUS RICARDI ELYS, *qui pro felonia regnum abjuravit. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

71. JOHANNES DE COLUMBARIIS. *Inq. ad q. d.*

72. ELIAS DE SUTTON' — *pro* PRIORISSA ET CONVENTU DE ACORNEBURY. *Inq. ad q. d.*

73. ABBAS SANCTI AUGUSTINI CANTUARIÆ. *Inq. ad q. d.*

74. WILLIELMUS LE PROCURATOUR, *rebellis. De terris suis.*

75. HENRICUS DE PYNKENY—*pro* THOMA WALE. *Inq. ad q. d.*

76. *De anno* 18° *Edw. I. n°* 157.

77. ALIANORA KYRIEL—*pro* WILLIELMO INGE. *Inq. ad q. d.*

78. JOHANNES GIFFARD, *defunctus. De prima seisina terrarum dicti Johannis quam Humfridus de Bohun Comes Hereford' habere debet ratione libertatis suæ de Breken'.*

79. JOHANNES DE WOTTON' — *pro* JOHANNE FILIO ET HÆREDE SUO ET KATHERINA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*

80. JOHANNES WAWEPOL — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE WYNCHECUMBE. *Inq. ad q. d.*

81. THOMAS DE CHERTHAM — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS PRÆDICATORIBUS CANTUAR'. *Inq. ad q. d.*

82. GILEBERTUS DE WOLAVYNTON' — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE CLYVE. *Inq. ad q. d.*

83. BURGENSES DE OVERTON'. *De terris &c. quæ sunt de eschaetis Regis: et Inquisitio ad quod damnum.*

84. JOHANNES WYCHARD, *rebellis. De manerio suo de Menilawes.*

Johannes Wychard inimicus domini Regis tenuit manerium de Manilawes, ratione maritagii Johannæ uxoris suæ, de Roberto de Ros de Werk' qui fuit inimicus domini Regis. Northumbr'.

85. NICHOLAUS DE ROTHERFORD' ET NICHOLAUS DE FAWSIDE ET LORETTA UXOR EJUS, *rebelles. De terris eorum.*

86. ABBAS ET CONVENTUS DE VALLE DEI. *Inq. ad q. d.*

87. ROBERTUS DE PETTEMERE *Capellanus* — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS PRÆDICATORIBUS SUBIR'. *Inq. ad q. d.*

88. *Deest.* [*Petitio Regi porrecta per homines de Merioneth, Kaernarvan et Angleseie.*]

89. *Deest.* [*Alanus La Zouch — pro Abbate de Bona Requie.*]

90. DECANUS ET CAPITULUM BEATI PETRI EBOR'. *De seisina haiæ de Langwath'.*

91. *De anno* 20° *Edw. I. n°* 172.

92. *De anno* 25° *Edw. I. n°* 125.

93. ROBERTUS FILIUS ROBERTI COFFYN — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE SEMPYNGHAM. *Inq. ad q. d.*

94. WALTERUS LE ABBE ET RADULPHUS DE ALBA MARLIA — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE TAVISTOK'. *Inq. ad q. d.*

95. ALICIA FILIA HENRICI LE PARKER, *fatua. De statu ipsius Aliciæ.*

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod prædicta Alicia compos mentis suæ fuit a nativitate sua usque in annum regni Regis Edwardi vicesimum tertium, quo anno incidit in morbum caducum et paralisim per quod devenit fatua. Præterea dicunt quod eadem Alicia vendidit Johanni de Maydestane omnia tenementa quæ habuit de hæreditate sua in Maydestane dum compos mentis suæ fuit. Cant'.

96. MAGISTER HOSPITALIS SANCTI LEONARDI EBOR'. *Inq. ad q. d.*

97. PRIOR ET FRATRES ORDINIS BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELI DE NORTHAMPTON'. *Inq. ad q. d.*

98. ROBERTUS PAKEMAN ET THOMAS DE LEYCESTR', ET PETRUS DE BLOCKELE — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE COVENTRE. *Duæ Inq. ad q. d.*

99. Ricardus de Hedersete—*pro* Abbate et Conventu de Valle Regali. *Inq. ad q. d.*

100. Radulphus de Blecling', Ricardus Fraunceys et Ricardus de Coldingham, *rebelles. De terris suis.*

101. Johannes filius et hæres Galfridi de Rumesye *alias* Romesye, *idiota. De statu ipsius Johannis.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus 'Johannes' filius et hæres præfati Galfridi de Romesye defuncti fuit compos mentis suæ a nativitate sua hucusque: tamen dicunt quod in anno quo fuit ætatis quindecim annorum accidit in morbum caducum. Præterea dicunt quod præfatus Johannes filius et hæres prædicti Galfridi, in anno quo fuit ætatis viginti et quatuor annorum, feoffavit Alanum de Plogenet militem Johannam uxorem ejus et hæredes præfati Alani de omnibus terris et tenementis quæ habuit in Modiford' Terry per mortem prædicti Galfridi patris sui, habita prius plena et pacifica seisina de omnibus terris et tenementis prædictis, et fuit compos mentis suæ die feoffamenti prædicti. Et dicunt quod Johanna de Plogenet quæ fuit uxor præfati Alani terram illam modo tenet.

Somerset'.

102. Hugo de Stanes et Walterus de Belesby—*pro* Abbate et Conventu de Thornton'. *Duæ Inq. ad q. d.*

103. Johannes de Eshton' *alias* Eston'—*pro* Abbate et Conventu de Furneys. *Inq. ad q. d.*

104. Homines de Cardigan. *De diversis injuriis de quibus onerati fuerunt.*

105. Abbas de La Bruere—*pro* Abbate et Conventu de Wynchecumbe. *Inq. ad q. d.*

106. Ricardus Lumbard, et alii—*pro* Abbate et Conventu de Furneys. *Inq. ad q. d.*

107. Walterus filius Thomæ de Barkeston', *qui fuit in conflictu apud Dumbar habito. De terris suis.*

Prædictus Walterus filius Thomæ tanquam inimicus Regis et regni die prædicti conflictus habiti apud Dumbar fuit in vi et auxilio cum Scotis contra Regem Angliæ et ejus exercitum. * * Quædam Alicia quæ fuit uxor Thomæ patris prædicti Walteri tenet unum messuagium et viginti quatuor acras terræ in Barkeston' in dotem de hæreditate ipsius Walteri: et quæ quidem tenementa ad ipsum Walterum reverti debuissent si ad fidelitatem domini Regis Angliæ stetisset. Quæsiti etiam [juratores] si idem Walterus modo mortuus sit vel superstes, dicunt quod ignorant, sed dicunt quod bene sciunt quod idem Walterus fuit in prædicto conflictu et post adhæsit Scotis, nec unquam se postea fidelitati domini Regis 'Angliæ' reddidit. Et dicunt quod si superstes sit adhuc cum Scotis conversatur, et totaliter eorum nequitiæ consentit, et quantum in ipso est pro terra Anglicana invadenda, quod absit, nititur et operatur. Ebor'.

108. Resus ap Mereducz *alias* filius Mereduci, *defunctus. De castro de Emelyn. Gilbertus comes Penbroc' vendidit commotum de Emelyn*

Mereduco ab Rys patri Resi filii Mereduci, et postea dedit ei neptem suam in uxorem, viz., matrem dicti Resi, in quo commoto dictus Mereducus castrum de Emelyn construxit et illud obtinuit usque ad obitum suum; cui successit Resus filius suus qui guerram movit contra Regem, pro qua Resus prædictus cum captus fuerat ultimo adjudicabatur supplicio. Johannes de Hastinges et Johanna quæ fuit uxor Willielmi de Valentia nullum jus habent in castro de Emelyn.

109. Willielmus de Derneford — *pro* Abbate et Conventu Westmonasterii: et idem Abbas &c. — *pro* dicto Willielmo et Cecilia uxore ejus. *Duæ Inq. ad q. d.*

110. Willielmus de Brampton' et Johannes de Longa — *pro* Magistro et Fratribus Hospitalis Sancti Johannis Northampton'. *Inq. ad q. d.*

111. Magister Thomas de Aberbury — *pro* Decano et Capitulo Beati Petri Ebor'. *Inq. ad q. d.*

112. Hugo de Veer — *pro* Priore de Tremhale. *Inq. ad q. d.*

113. Maria quæ fuit uxor Humfridi de Bassingburne — *pro* Priore et Conventu de Spineto. *Inq. ad q. d.*

114. Hugo de Ver. *Inq. ad q. d.*

115. Thomas Darcy *alias* de Arcy. *Inq. p. m.*

Philippus filius Normanni de Arci, nepos prædicti Thomæ de Arcy, est propinquior ejus hæres, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 24 *Edw. I. m.* 16; *et* 27 *Edw. I. m.* 20.]

116. Episcopus Sarum. *De libertate sua infra manerium de Corf tempore visitationis.*

117. Jacobus de Eston' — *pro* Priore et Conventu de Boulton'. *Inq. ad q. d.*

118. Johanna de Grey — *pro* Priore et Fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia. *Inq. ad q. d.*

119. Johannes Episcopus Winton' — *pro* Priore et Conventu Sancti Swythini Winton'. *Inq. ad q. d.*

120. Simon Gumer *alias* Gomer — *pro* Gardiano et Fratribus Minoribus de Scardeburgh'. *Inq. ad q. d.*

121. Agnes de Felmyngham — *pro* Priore et Conventu de Walsingham. *Inq. ad q. d.*

Item, Prior de Walsingham, et alii — *pro* Fratribus Minoribus de Norwico. *Inq. ad q. d.*

122. Thomas Comes Lancastr' et alii — *pro* Priore et Conventu de Lancastr'. *Inq. ad q. d.*

123. Robertus filius Walteri — *pro* Abbate et Conventu de Bylegh'. *Inq. ad q. d.*

124. Milo de Stapelton' — *pro* capella Sancti Nicholai de Northmorton'. *Inq. ad q. d.*

125. JOHANNES DE HARECURT ET JOHANNA UXOR EJUS QUÆ FUIT UXOR ROGERI DE NODARIIS FILII ROGERI DE NODARIIS.

De decem libratis terræ in prato de Mullneham in manerio de Churchehull'.

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Rogerus de Nodariis dedit prædictas decem libratas terræ in prato prædicto præfatis Rogero et Johannæ uxori ejus et hæredibus ipsius Rogeri filii Rogeri de Nodariis; * * et eos inde in seisinam inde posuit ante desponsationem inter eos celebratam. Et quia prædictus Rogerus filius ejusdem Rogeri nondum fuit plenæ ætatis dedit ei custodem, videlicet, Ricardum de Sancto Walerico: * et postea idem Ricardus custodiam illam tradidit cuidam Magistro Johanni de Sancto Walerico; et cum idem Magister Johannes custodiam illam per aliquod tempus tenuisset, illam tradidit cuidam Aliamo fratri prædicti Rogeri de Nodariis; et postea idem Aliamus custodiam illam dimisit præfato Rogero de Nodariis patri prædicti Rogeri; et sic illam tenuit usque ad diem obitus sui sicut . . . . . dictorum Rogeri filii sui et Johannæ uxoris ejus; et eodem modo præfatus Rogerus de Nodariis obiit inde seisitus, eo quod prædictus Rogerus . . . . . re quo præfatus Rogerus pater suus obiit adhuc fuit infra ætatem. Dicunt etiam quod prædictæ decem libratæ terræ . . . . . præfatæ Johannæ per præfatum Rogerum de Nodariis patrem prædicti Rogeri in dotem ejusdem Johannæ, de assensu ipsius . . . . . ostium ecclesiæ quando prædictus Rogerus eam desponsavit, ante feoffamentum prædictum. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 26 *Edw. I. m.* 5.]

126 *a*. *De anno* 22° *Edw. I. n*° 159.

126 *b*. WALTERUS PASSELEWE ET JOHANNES LE KNYGHT — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE KINGESWODE. *Inq. ad q. d.*

127. PRIOR ET CANONICI NOVI HOSPITALIS BEATÆ MARIÆ EXTRA BISHOPESGATE LONDON'. *Inq. ad q. d.*

128. GILBERTUS SHYNE, ET ALII—*pro* PRIORISSA ET MONIALIBUS DE AMBRESBURY. *Tres Inq. ad q. d.*

129. STEPHANUS DE MONTE ACUTO, DE WINTON', *idiota, cujus terræ in manu Regis existunt. Inq. p. m.*

Ricardus de Froxefeld' est propinquior hæres prædicti Stephani idiotæ, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Southampton'.

130. MAGISTER THOMAS DE SODINGTON', *defunctus. De manerio suo de Tidbirst.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod manerium prædictum captum fuit in manus domini Regis eo quod alibi tenuit de domino Rege in capite die quo obiit, et quod captum erat in Vigilia Palmarum anno supradicto [27°]. * Dicunt etiam quod dictum tenementum aliquo tempore fuit Henrici de Fraxino, et quod idem Henricus inde feoffavit Jordanum de Kendale et Ceciliam uxorem ejus et hæredes suos; et quod dictus Jordanus feoffavit inde Magistrum Thomam de Sodington'. * * Et iidem dicunt quod prædictus Magister

Thomas in bona memoria existens feoffavit de prædictis tenementis Magistrum Johannem de Sodington' fratrem suum et Laurentium de Tresham consanguineum suum et hæredes ipsius Laurentii: * per quod dicta tenementa ut asserunt de jure remanere debent et reddi præfatis Johanni et Laurentio et hæredibus ipsius Laurentii.

Hertford'.

131. ABBAS ET CONVENTUS DE PONTE ROBERTI. *De terris ad manum mortuam adquisitis.*

132. JOHANNES ABBADAM ET ELIZABETH UXOR EJUS. *De custodia domus Sancti Marci de Billeswik' juxta Bristoll' et præsentatione ad eandem quæ ad dictos Johannem et Elizabeth pertinent ratione hæreditatis ipsius Elizabeth.*

[*Vide a°* 24 *Edw. I. n°* 28.]

133. WILLIELMUS GOCELYN ET LUCIA LA GREYE ET CHRISTINA SOROR EJUS —*pro* ABBATISSA DE ROMESEYE. *Inq. ad q. d.*

134. *De certiorando super recordo et processu loquelæ (a° 25°) inter Ricardum de Greynvill' filium et hæredem Eustachii de Greynvill' (Normanni), et Gilbertum Hakun et Margeriam uxorem ejus qui vocaverunt ad warantum Johannem filium et hæredem Willielmi Peyvre, qui vocavit &c. Johannem Peyvre, filium Johannis Peyvre, consanguineum et hæredem Paulini Peyvre.*

135. WILLIELMUS DE SPALDING' —*pro* WILLIELMO DE COTENHAM *capellano. Inq. ad q. d.*

136. ABBAS WESTMONASTERII. *De diversis libertatibus.*

137. ROBERTUS DE KIRKETON', ET ALII—*pro* PRIORE DE SEMPINGHAM. *Inq. ad q. d.*

*137. PHILIPPUS DE KYME, ET ALII—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS ORDINIS DE SEMPYNGHAM DE BULYNGTON'. *Inq. ad q. d.*

138. WILLIELMUS LE POUNFREYT, ET ALII — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE CUMBE. *Inq. ad q. d.*

139. OWENUS AP MEURICH *alias* FILIUS MEURICH, *defunctus. De recordo et processu loquelæ &c. inter Anianum filium Madoci et participes suos et hæredes Oweni filii Meurich super terris &c. ipsius Oweni in Buelt &c.*

Inquisitio super omnibus querelis et responsionibus jurata et onerata venit et dicit quod dominus Rex in prædictis tenementis nullum habet jus nisi in dominio; sed dicit quod Anhareth, Eva et Tanglutel, filiæ prædicti Oweni, propinquiores hæredes sunt, et dicit ulterius quod illegitimæ sunt; sed dicit quod in partibus illis adeo bene illegitimi quam legitimi succedunt in hæreditatem antecessorum suorum, et quod sic semper consueverunt. Wallia.

140. *De anno* 25° *Edw. I. n°* 126.

141. MATHÆUS DE DUNSTAPLE —*pro* CAPELLA BEATÆ MARIÆ ET SANCTÆ KATHERINÆ DE BIDENHAM. *Inq. ad q. d.*

142. HUMFRIDUS DE BOHUN *alias* BOUN COMES HEREFORD' ET ESSEX'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Humfridus filius dicti Comitis est ejus hæres propinquior, et ætatis viginti et duorum annorum et amplius. Item dicunt quod idem Comes obiit ad manerium de Plassetis in Vigilia Circumcisionis Domini anno supradicto [27°]. Essex'.

Humfridus de Boun est filius et propinquior hæres dicti Comitis, et est ætatis viginti trium annorum et amplius. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 23.]

†143. JOHANNES FILIUS WILLIELMI LE TAILLUR, *utlagatus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*

†144. JOHANNES FILIUS ET HÆRES ROGERI DE MOUBRAY. *Extentæ terrarum quas Edmundus comes Cornubiæ habet in custodia sua de hæreditate prædicti Johannis; de quibus Roesia quæ fuit uxor Rogeri de Moubray quandam partem clamat in dotem.*

†145. JOHANNES FILIUS ET HÆRES ROGERI DE MOUBRAY. *Extenta terrarum quas Willielmus de Hamelton habet in custodia &c. ut supra.*

†146. JOHANNES DALROUN *alias* DALERON, *defunctus*. *Extenta terrarum unde Johanna quæ fuit uxor dicti Johannis clamat tertiam partem in dotem versus Hugonem de Estcote et Johannam uxorem ejus.* Wiltes'.

†147. ROGERUS DE WURKESLEGH' *alias* WORKEDELEY ET ISABELLA UXOR EJUS. *De captione terrarum in manum Regis.*

Terræ et tenementa quæ Rogerus de Workedeley et Isabella uxor sua tenuerunt fuit et est hæreditas dictæ Isabellæ, et dictus Rogerus non habuit jus nisi per Isabellam, et dicta tenementa capta fuerunt in manum domini Regis occasione mortis Willielmi Hurtildore [*unde idem Rogerus indictatus est*]. Lancastr'.

*148. ABBAS ET CONVENTUS DE BELLO LOCO REGIS. *Inq. ad q. d.*

*149. ADAM DE GERNEMUTH' ET JOHANNA UXOR EJUS. *Extenta terrarum suarum unde Juliana quæ fuit uxor Thomæ de Medelton' clamat tertiam partem in dotem. Johanna uxor Adæ de Gernemuth' Beatrix uxor Roberti filii Roberti de Merham et Editha uxor Ricardi Malemeins sunt filiæ et hæredes Walteri Le Poleter.* Essex'.

*150. WILLIELMUS FILIUS HELEWYSIÆ FILLÆ GILBERTI DE SHUPTON', WILLIELMUS FILIUS MATILDÆ ET ADAM FILIUS ALICIÆ. *Extenta terræ quam ipsi clamant versus Johannem Sampson et Mariam uxorem ejus.* Ebor'.

*151. HOSPITALIS SANCTÆ MARIÆ MAGDALENÆ DE PLUMPTRE JUXTA BAUTRE. *De vacatione et valore ejusdem.*

*152. URIANUS FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE SANCTO PETRO. *Probatio ætatis facta in festo Translationis Sancti Thomæ Martyris.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod idem Urianus natus fuit apud Bestan in comitatu prædicto die Sancti Dunstani

anno regni Regis Edwardi nunc sexto, et in crastino fuit idem Urianus baptizatus in ecclesia parochiali ejusdem villæ apud Bonebur'; unde dicunt quod dictus Urianus fuit die Sancti Dunstani ultimo præterito de ætate viginti et unius anni. Cestr'.

*153. ALICIA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS DE BELLO MONTE. *Extenta terrarum unde dicta Alicia clamat tertiam partem in dotem versus Abbatem de Sancto Edmundo.* Suffolc'.

*154. ROBERTUS DE RAYMIS. *Extenta terrarum et tenementorum ejus.* Northumbr'.

*155. JOHANNES CORDEBOEF' *alias* COER DE BOEF' *alias* QUER DE BOEF'. *Inq. p. m.*

Agnes soror ejusdem 'Johannis' est propinquior 'ejus' hæres, et est de ætate viginti annorum. Suffolc'.

Dicunt [juratores] quod Agnes Coer de Boef', soror prædicti Johannis Coer de Boef, est ejus propinquior hæres, et quod est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Suffolc'.

[*Vide a°* 30 *Edw. I. n°* 73 ; *et Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 4.]

†156. NICHOLAUS DE MEYNILL' *alias* MEIGNYLL'. *Inq. p. m.*

Nicholaus filius Nicholai de Meynill' est hæres prædicti Nicholai propinquior; et fuit ætatis viginti et quatuor annorum ad festum Sancti Nicholai proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 6° *die Julii.*] Ebor'.

Christiana quæ fuit uxor dicti Nicholai, adhuc superstes, conjunctim fuit feoffata de manerio de Castel Levington' per chartam Johannis de Lithgraynis.

Est etiam Breve de dote prædictæ Christianæ assignanda.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 10.]

†157. ROBERTUS DE BYNGHAM, *dudum defunctus. De recordo et processu Inquisitionis factæ coram Justiciariis Itinerantibus anno* 16° *Edw. I. de morte Rogeri Dod alias Bodde, et de custodia terrarum Ricardi filii et hæredis prædicti Roberti de Byngham, nunc plenæ ætatis existentis, quæ custodia capta fuit in manum Regis occasione fugæ quam Rogerus Basset fecit pro morte prædicta.*

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 4.]

†158. ADAM DE SEINT BOYS ET CLARICIA UXOR EJUS—*pro* ARCHIEPISCOPO DE ARDMARCH'. *Inq. ad q. d.*

*†159. THOMAS DE MARYNES. *Inq. p. m.*

Rogerus filius prædicti Thomæ est ejus hæres propinquior, et est de ætate tredecim annorum. Cant'.

Est etiam assignatio dotis Matildæ quæ fuit uxor ipsius Thomæ.

[*Vide Rot. Claus.*, 27 *Edw. I. m.* 4.]

28° *Edw. I.*

1. *De anno* 27° *Edw. I. n°* 1.

2. Beatrix de Leveresdale, *quæ tenuit de hærede Thomæ de Multon' de Gillesland' infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Alicia soror prædictæ Beatricis est propinquior hæres. Item dicunt quod dicta Alicia quæ est hæres dictæ Beatricis est de ætate triginta quatuor annorum. Cumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 8.]

3. Willielmus Le Eyr *alias* Heyr, de Hope. *Inq. p. m.*

Robertus Le Heyr ' filius dicti Willielmi ' est propinquior hæres ejus, et est de ætate triginta annorum et amplius. Derb'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 8.]

4. Gundreda Giffard. *Inq. p. m.*

Robertus Giffard est filius et hæres propinquior prædictæ Gundredæ, et est ætatis triginta octo annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 16.]

5. Rogerus del Gardyn *alias* Gardin. *Inq. p. m.*

Prædictus Rogerus tenuit in Veteri Lemyntone die quo obiit de hæreditate sua et de hæreditate Johannæ uxoris suæ de domino Rege in capite decem marcatas terræ et redditus. * * Johannes filius dicti Rogeri est propinquior hæres ad prædicta tenementa terras et redditus et Bedelriam cum suis pertinentiis post decessum Johannæ quæ fuit uxor dicti Rogeri et quæ conjunctim feoffata est. * Prædictus Johannes est ætatis quatuordecim annorum. Southampton'.

6. Willielmus filius Willielmi. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod prædictus Willielmus obiit sine hærede de corpore suo legitime procreato : et quod omnia prædicta tenementa [in Stanynton' et Hepiscot'] debent reverti ad Johannem de Craystok' et ad hæredes suos per formam donationis. Northumbr'.

7. Agnes quæ fuit uxor Johannis filii Johannis de Sancto Petro. *Inq. p. m.*

Johannes filius Johannis de Sancto Petro est propinquior hæres ejusdem Agnetis et est ætatis viginti et trium annorum. Leicestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 29 *Edw. I. m.* 15.]

8. Johannes Gerbed *alias* Gerbot. *Inq. p. m.*

Thomas Gerbot frater prædicti Johannis est hæres ipsius Johannis propinquior, et est ætatis quinquaginta annorum et . . . . . Cumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 27 *Edw. I. m.* 22.]

9. Johannes de Marisco. *Inq. p. m.*

Johannes de Marisco et Agatha uxor sua conjunctim feoffati et etiam seisiti fuerunt de tota prædicta terra et redditu prædicto [in Insula

de Wyth &c.] cum suis pertinentiis sibi et hæredibus suis de corporibus suis legitime procreatis per Johannem de Marisco patrem antedicti Johannis. * * Dicti Johannes et Agatha uxor sua habent filium, nomine Johannem, qui est hæres eorum propinquior et de ætate trium annorum. Southampton'.

10 *a*. Magister Nicholaus de Bathon'. *Inq. p. m.*

Johanna de Bathon' soror prædicti Nicholai, quam Johannes Deyvill' duxit in uxorem, est propinquior ejus hæres, et est ætatis viginti trium annorum et amplius. Lincoln'.

10 *b*. *Vide hanc inquisitionem n*° 16 *hoc anno.*

11. Willielmus filius Warini. *Inq. p. m.*

Alanus filius dicti Willielmi est ejus hæres propinquior et est miles de ætate viginti octo annorum. Warewic'.

Alanus filius Willielmi filii Warini est propinquior hæres ipsius Willielmi, et est ætatis viginti et trium annorum et amplius. Northampton'.

Alanus filius dicti Willielmi filii Warini est propinquior hæres ipsius Willielmi, et est ætatis triginta annorum et amplius. Northampt'.

12. Gilbertus Urry, de Wykeford'. *Inq. p. m.*

Prædictus Gilbertus Urry tenuit die quo obiit duas partes manerii de Wicford' de domino Rege in capite per servitium trium partium feodi unius militis; et Margareta quæ fuit uxor Johannis de Wicford' patris prædicti Gilberti Urry, tenet tertiam partem prædicti manerii in dotem. * * Nicholaus Urry filius prædicti Gilberti Urry est propinquior hæres ejusdem Gilberti, et fuit ætatis trium annorum ad festum Sancti Michaelis ultimo præteritum. [*Inquisitio capta* 28° *die Januarii.*] Essex'.

Est etiam assignatio dotis Margaretæ quæ fuit uxor dicti Gilberti Urri, viz., de tertia parte duarum partium manerii de Wicford', de quo quædam Margareta mater prædicti Gilberti dotata est de tertia parte.

[*Vide Rot. Fin.*, 23 *Edw. I. m.* 13; *et* 28 *Edw. I. m.* 11.]—[*Idem Nicholaus obiit infra ætatem: Vide Inq.* 1 *Edw. II.* n° 16.]

13. Henricus Le Sumenur *alias* Somenur. *Inq. p. m.*

Rogerus Le Somenur est filius 'et hæres' propinquior præfati Henrici et ætatis triginta septem annorum et amplius. Essex'.

Est etiam Breve de dote assignanda Agneti quæ fuit uxor dicti Henrici.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 6; *et* 30 *Edw. I. m.* 7 *in sched.*]

14. Willielmus de Lamburne. *Inq. p. m.*

Jacobus de Lamburne est filius et hæres propinquior præfati Willielmi, et est ætatis triginta unius annorum et amplius. Suffolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 9.]

15. ELIZABETH FILIA JOHANNIS DE SHOTEBROK' *alias* SOTTESBROK'. *Inq. p. m.*

Roysa de Sottesbrok', soror prædictæ Elizabeth antenata, quam Willielmus Vys de Lou duxit in uxorem, est propinquior hæres ejusdem Elizabeth, et est ætatis viginti duorum annorum. Berk'.

[*Vide a*° 24 *Edw. I. n*° 19.]

16. WILLIELMUS DE TREWIK'. *Inq. p. m.*

Johannes de Trewik' filius prædicti Willielmi propinquior hæres ejus est, et fuit ætatis triginta duorum annorum ad festum Nat' [Natalis *vel* Nativitatis] beati Johannis Baptistæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Dominica ante festum Sanctæ Margaretæ Virginis.*] Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 5.]

17. THOMAS CORBET, DE TASSELEY. *Inq. p. m.*

Rogerus Corbet filius prædicti Thomæ est propinquior hæres ejusdem Thomæ, et fuit ætatis viginti et septem annorum ad festum Sancti Michaelis ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Lunæ post festum Sancti Barnabæ Apostoli.*] Salop'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 6.]

18. SARRA QUÆ FUIT UXOR RICARDI DE LEVYNGTON'. *Inq. p. m.*

Prædicta Sarra tenuit in dotem de hæreditate Ricardi de Levyngton' quondam viri sui tertiam partem villæ de Levington', tertiam partem villæ de Skelton' et tertiam partem hameletti de Kirkandr'. * * Prædictus Ricardus obiit sine hærede de corpore suo, unde hæreditas prædicta descendebat sex sororibus prædicti Ricardi, scilicet, Eufemiæ quæ fuit cynicia soror de qua exivit Ricardus de Kirkebride qui nunc est, Isabellæ de qua exivit Adam de Twinam qui nunc est, Evæ de qua exivit Gilbertus de Sotheyk' qui nunc est, Agneti de qua exivit Walterus de Corry qui nunc est, Margeriæ de qua exivit Willielmus Lukard', qui quidem Willielmus vendidit propartem suam Johanni de Seton' de quo exivit Christoforus de Seton' qui nunc est, Julianæ de Carrig' de qua exiverunt Matilda et Emma quæ sunt commorantes cum inimicis domini Regis in partibus Scotiæ, unde dominus Rex seisitus est de propartibus prædictarum Matildæ et Emmæ in villa de Levington'. Cumbr'.

Item, de captione terrarum in manum Regis per Eschaetorem.

Ego [Eschaetor] cepi in manum domini Regis terras et tenementa quæ Sarra quæ fuit uxor Ricardi de Levyngton' dudum defuncti tenuit in dotem die quo obiit de hæreditate dicti Ricardi, duplici de causa, una videlicet causa est, eo quod tempore mortis dictæ Sarræ fuit Christoforus filius et hæres Johannis de Seton' in custodia domini Regis, qui Christoforus est unus particeps hæreditatis dicti Ricardi de Levyngton'; alia causa est, quia Patricius Trompe et Matilda de Carrygge, qui sunt cohæredes et participes hæreditatis prædictæ, sunt in Scotia contra fidem et pacem domini Regis commorantes. Sunt etiam alii quidam qui sunt hæredes et participes hæreditatis prædictæ una cum prædictis Christoforo, Patricio et Matilda, videlicet

Ricardus de Kirkebride, Adam de Twynham, Gilbertus de Sutheyk' et Walterus de Corry, qui sunt in quarto gradu a prædicto Ricardo de Levyngton', ut dicitur.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 7.]

19. JOHANNES DE BULMERE. *Inq. p. m.*

Prædictus Johannes de Bulmere tenuit in capite de domino Rege ut de corona die quo obiit, de hæreditate Theophaniæ uxoris suæ 'adhuc superstitis,' unius hæredum Hugonis de Morwik', tertiam partem villæ de Chyvington' West. * * Prædicta Theophania propinquior est hæres prædictarum terrarum et tenementorum et fuit ætatis triginta sex annorum ad festum Nat' [Nativitatis *vel* Natalis] Beati Johannis Baptistæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Jovis post festum Sancti Jacobi Apostoli.*] Northumbr'.

[*Vide Inq.* 55 *Hen. III.* n° 18.]

20. JOHANNES DE GODEYENETON' *alias* GODYNETONE. *Inq. p. m.*

Willielmus filius prædicti Johannis de Godynetone est ejus hæres propinquior quoad liberum feodum, et est . . . . . prædicti Johannes est unus hæredum et de ætate ut prius dictum est. Item Rogerus filius ejusdem Johannis est alter hæredum et de . . . . . annorum. Et Robertus filius ejusdem Johannis est quartus hæredum ejusdem Johannis et de ætate viginti duorum annorum. Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 9.]

21. DIONISIA DE ESSEX' *alias* DE HELVYNTON'. *Inq. p. m.*

Willielmus filius dictæ Dyonisiæ est hæres ejus propinquior et ætatis sexdecim annorum. * Eadem Dyonisia quæ in inquisitione ista vocatur Dyonisia de Essex' vocatur in Brevi huic inquisitioni consuto Dyonisia de Helvynton', et in compoto meo ad scaccarium domini Regis respondi de terris Dyonisiæ de Essex', sed eadem Dyonisia est et non diversa. Wiltes'.

[*Vide a°* 34 *Edw. I. n°* 2.]

22. NICHOLAUS MUSARD'. *Extenta manerii de Seynesbury in manum Regis capti, quod idem Nicholaus quondam de Rege tenuit in capite, et in quo Malculmus Musard sine licentia et voluntate Regis ingressus est.* Gloucestr'.

23. WILLIELMUS DE BOLERS *alias* BOUDLERS. *Inq. p. m.* .

Prædictus Willielmus et Margareta uxor ejus conjunctim feoffati fuerunt per quendam Owanum de Brompton' de quibusdam tenementis in Brompton' eisdem Willielmo et Margaretæ et hæredibus de corporibus suis legitime procreatis, et ea tenuerunt die quo prædictus Willielmus obiit. * * Willielmus filius prædicti Willielmi de Boudlers est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et fuit ætatis viginti trium annorum ad festum Sancti Petri ad Vincula ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Sabbati ante festum Sancti Andreæ Apostoli.*] Salop'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 15.]

24. PHILIPPUS BURNEL, *nuper defunctus. De terris et tenementis quæ dictus Philippus tenuit in socagio et burgagio, &c.*

Edwardus filius prædicti Philippi propinquior hæres ejus est, et est de ætate quindecim annorum. [*Inquisitio facta a° 29°.*] London'.

25. *De anno 27° Edw. I. n° 155.*

26. EDMUNDUS DE KEMESEK'. *Inq. p. m.*

Petronilla ætatis octo annorum et Isabella ætatis septem annorum sunt filiæ et hæredes propinquiores præfati Edmundi de Kemesek'. *Petronilla mater ejusdem Edmundi dotata est.* Essex'.

27. ALICIA DE BILLINGGEYE. *Inq. p. m.*

Et [dicunt juratores] quod Walterus de Billinggeye est filius prædictæ Aliciæ et ejus propinquior hæres, et quod est ætatis triginta annorum. [? Norfolc'.]

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 15.]

28. ROBERTUS DE INSULA DE SALCLIF' *alias* SALCLYVE. *Inq. p. m.*

Johannes filius Nicholai de Insula, consanguineus prædicti Roberti, est propinquior ejus hæres, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 14.]

29. NICHOLAUS DE LA HUSE *alias* HEOSE. *Inq. p. m.*

Petrus de La Heose nepos prædicti Nicholai de La Heose est hæres propinquior dicti Nicholai de La Heose defuncti et de ætate quadraginta annorum et amplius. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 9.]

30. JOHANNES DE WOTTON', *qui tenuit per legem Angliæ de hæreditate Elæ Byset. Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Johannes de Wotton' die quo obiit tenuit unum messuagium et unam carucatam terræ cum pertinentiis infra manerium de Kyderministre de domino Rege in capite per legem Angliæ de hæreditate Elæ Biset quondam uxoris suæ. * * Dicunt etiam quod Johannes Biset filius prædictorum Johannis et Elæ est propinquior hæres dictorum Johannis et Elæ; et dicunt quod est ætatis viginti unius annorum et amplius. Wigorn'.

Johannes Byset filius prædictorum Johannis et Elæ est propinquior hæres prædictorum Johannis et Elæ et de ætate quadraginta annorum et amplius. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 9.]

31. RICARDUS DE LOGES. *Inq. p. m.*

Quædam Elizabeth est filia et hæres Ricardi de Loges propinquior, et fuit ætatis quatuor annorum vicesimo septimo die Maii anno regni Regis Edwardi 28°. Warewic'.

Quidam Hugo de Loges, avus prædicti Ricardi qui nunc obiit, tenuit eadem tenementa [in Wyrley] per magnam serjantiam custodiendi forestam domini Regis de Canok': * qui quidem Hugo indictatus fuit de captione unius cervi et coram justiciariis super hoc convictus et imprisonatus et postea redemptus pro 200 marcis, pro qua re-

demptione dominus Henricus Rex pater Regis nunc reddidit ei terras et tenementa sua. * * Elizabeth filia prædicti Ricardi est propinquior hæres ejusdem Ricardi, et fuit ætatis quatuor annorum ad festum Pentecostes proximo præteritum. * * Prædictus Ricardus qui nunc obiit et Elizabeth uxor ejus conjunctim feoffati fuerunt de manerio de Rodbaston' cum pertinentiis, 'per unum annum integrum antequam idem Ricardus dictam Elizabet desponsaverat,' per Ricardum de Loges patrem ejusdem Ricardi qui nunc obiit, habendo et tenendo sibi et hæredibus suis de corporibus suis legitime procreatis. * 'Idem Ricardus et Elizabet seisinam suam de prædicto manerio de Rodbaston' usque ad diem obitus dicti Ricardi conjunctim continuaverunt.' Stafford'.

32. Hubertus de Multon', *qui tenuit de hærede Thomæ de Multon' de Gilleslande infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Dictus Hubertus de Multon' desponsavit quandam Adam Brune et genuit de ipsa Ada 'quendam' filium, nomine Willielmum, et steterunt simul per quatuor annos infra quod tempus prædictus Willielmus natus fuit: et post dictos quatuor annos per Radulphum quondam Karliolensem Episcopum factum fuit divortium inter prædictos Hubertum et Adam 'ratione consanguinitatis, quæ consanguinitas probata fuit ante sponsalia; et est dictus Willielmus nunc de ætate quatuordecim annorum. Postea duxit in uxorem dictus Hubertus quandam Margaretam du Boys et genuit de ipsa Margareta quendam filium, nomine Johannem, qui est ætatis septem annorum. Cumbr'.

Prædictus Hubertus quamdam Adam La Brune consanguineam suam duxit in uxorem, de qua procreavit unum filium, nomine Willielmum, tantum. Postea per curiam Christianitatis celebratum fuit divortium inter ipsos Hubertum et Adam ratione consanguinitatis. Et facto divortio prædicto . . . . duxit uxorem, nomine Margaretam, de qua procreavit filios et filias, et est Johannes filius dicti Huberti primogenitus de secunda uxore hæres propinquior dicti Huberti, et er . . . . . annorum in fes . . . . . proximo venturo. Norfolc'.

33. Johannes de Eyton'. *Inq. p. m.*

Thomas filius prædicti Johannis est propinquior hæres ejusdem Johannis et fuit ætatis sex annorum ad Natale Domini ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Dominica ante festum Sancti Nicholai Episcopi a°* 29°.] Stafford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 29 *Edw. I. m.* 9 *in sched.*]

34. Thomas filius Mauritii, *defunctus. De melius certiorando super valore terrarum et de hærede ejus.*

Thomas filius Thomæ primogenitus est propinquior hæres ipsius Thomæ, et est de ætate decem annorum ad Pascham anno regni Regis Edwardi vicesimo octavo.

Margareta quæ fuit uxor prædicti Thomæ defuncti dotata est: et Matildis de Barry quæ fuit uxor Mauritii filii Johannis defuncta dotata fuit. Hibern'

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 13.]

35. THOMAS DE WESTON'. *Inq. p. m.*

Dictus Thomas et Christiana quæ fuit uxor ejus, adhuc superstes, conjunctim fuerunt seisiti de terris et tenementis subscriptis cum pertinentiis in Wirdeley infra manerium de Harewode * tenendis eisdem Thomæ et Christianæ et hæredibus et assignatis ejusdem Thomæ. * * Johannes filius Ricardi de Weston', fratris prædicti Thomæ de Weston', est hæres prædicti Thomæ, et est ætatis triginta annorum et amplius. Ebor'.

36. JOHANNES WAKE. *Inq. p. m.*

Thomas filius prædicti Johannis est hæres ipsius Johannis propinquior, et fuit ætatis duorum annorum ad mediam Quadragesimam proximo præteritam. [*Inquisitio facta ultimo die Junii.*] Cumbr'.

37. WILLIELMUS PYPARD', FILIUS ET HÆRES THOMÆ PYPARD', *qui obiit antequam ad plenam ætatem pervenerat. Inq. p. m.*

Johannes Pypard, frater Thomæ Pypard patris prædicti Willielmi Pypard defuncti, est propinquior hæres ipsius Willielmi, et est de ætate triginta annorum et amplius. Devon'.

[*Vide a°* 29 *Edw. I. n°* 41 ; *et Rot. Fin.*, 29 *Edw. I. m.* 3.]

38. *De anno* 27 *Edw. I. n°* 156.

39. THOMAS PEVEREL, DE SAUNFORD'. *Inq. p. m.*

Margeria ætate viginti quinque annorum, Johanna ætate viginti quatuor annorum et Dionisia ætate viginti et unius anni, sorores prædicti Thomæ Peverel, sunt hæredes ejus propinquiores. Wiltes'.

Dicunt etiam prædicti juratores quod Margeria, Johanna et Dionisia Peverel, sorores prædicti Thomæ Peverel, sunt propinquiores hæredes prædicti Thomæ. Et dicunt quod prædicta Margeria est de ætate viginti et quatuor annorum, et prædicta Johanna est de ætate viginti et trium annorum et prædicta Dionisia fuit ad festum Sancti Michaelis proximo præteritum de ætate viginti annorum. [*Inquisitio facta die Dominica post Translationem Beati Thomæ Martyris.*] Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I m.* 4.]

40. PETRUS CORBET, DE CAUS. *Inq. p. m.*

Petrus filius prædicti Petri . . . . . .
Petri, et est ætatis triginta annorum et amplius. Salop'.

Petrus filius Thomæ Corbet, qui tenuit manerium de Yokelthull' quod est membrum de Caus de domino Rege in capite per baroniam, dedit prædictum manerium ad festum Inventionis Sanctæ Crucis anno regni Regis Edwardi vicesimo sexto cuidam Petro filio suo et hæredi et Beatrici uxori suæ et hæredibus de corpore suo legitime procreatis in liberum maritagium. * * Prædictus Petrus filius Thomæ Corbet, qui tenuit manerium de Binneweston' eodem modo de domino Rege, et quod est membrum de Caus, et habuit quendam filium nomine Thomam primogenitum, qui per voluntatem ejusdem Petri patris sui desponsavit Johannam filiam Alani Plukenet, et qui Thomas postea obiit sine hærede de se, post cujus mortem ad

festum Sancti Martini anno regni Regis Edwardi vicesimo tertio prædictus Petrus sine licentia domini Regis dedit prædictum manerium de Binneweston' eidem Johannæ nomine dotis. Salop'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 4.]

41. Warinus Maudut. *Inq. p. m.*

Thomas filius Warini Maudut est hæres prædicti Warini Maudut propinquior et de ætate quatuordecim annorum. Wiltes'.

42. Johannes de Cobeham. *Inq. p. m.*

Henricus de Cobeham est propinquior hæres prædicti Johannis et de ætate quadraginta annorum. Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 9.]

43. Johannes Tregoz *alias* de Tregoz. *Inq. p. m.*

Johannes Tregoz habuit duas filias, Clarissiam primogenitam et Sibillam postnatam. Clarissia vero maritata fuit Rogero La Ware, de qua exivit Johannes La Ware, qui quidem Johannes La Ware et Sibilla sunt ipsius Johannis Tregoz hæredes propinquiores. Et est dictus Johannes La Ware ætatis viginti trium annorum et amplius; Sibilla vero est ætatis viginti octo annorum et amplius. Hereford'.

Johannes La Warre, filius et hæres Clarisciæ La Warre primogenitæ filiæ prædicti Johannis Tregoz quæ mortua est, et Sibilla de Grauntson, postnata filia ejusdem Johannis Tregoz, sunt propinquiores hæredes prædicti Johannis Tregoz. Et prædictus Johannes La Warre est ætatis viginti quatuor annorum, et dicta Sibilla est ætatis triginta annorum et amplius. Wiltes'.

Johannes La Warre, filius Clariciæ filiæ prædicti Johannis Tregoz, qui est ætatis viginti trium annorum, et Sibilla uxor Willielmi de Grandissono 'alia filia ejusdem Johannis Tregoz,' quæ est ætatis triginta annorum et amplius, sunt propinquiores hæredes prædicti Johannis Tregoz. Salop'.

Est etiam partitio terrarum quæ fuerunt dicti Johannis inter hæredes, viz., Johannem La Ware et Willielmum de Graundisono et Sibillam uxorem suam, facta anno 29°.

[*Vide Rot. Fin.*, 29 *Edw. I. m.* 17; *et* 30 *Edw. I. m.* 14.]

44. Edmundus Comes Cornub'. *Inq. p. m.*

Dominus Edwardus nunc Rex Angliæ, consanguineus prædicti Edmundi, est hæres ejus propinquior, et fuit ætatis viginti unius annorum et amplius ad festum Sancti Botolphi proximo futurum. Dorset'.

Dominus Rex Edwardus consanguineus dicti Edmundi est hæres ipsius Edmundi propinquior, et est ætatis quinquaginta annorum et amplius. Ebor'.

Sunt etiam quædam extentæ terrarum, factæ anno 32°, *de quibus Margareta quæ fuit uxor prædicti Edmundi petit tertiam partem in dotem.*

[*Vide Rot. Fin.*, 29 *Edw. I. m.* 14.]

45. *Decst.* [ABBAS DE BURTON' SUPER TRENTAM.]

46. WILLIELMUS DE PAXTON', *defunctus. De terris suis.*

Unum messuagium et una carucata terræ cum pertinentiis in Abberwyk' quæ fuerunt Willielmi de Paxton' capta fuerunt in manum domini Regis eo quod dictus Willielmus fuit inimicus domini Regis in partibus Scotiæ, et ibi moriebatur. Northumbr'.

47. BURGENSES DE OVERTON' IN WALLIA. *Extenta molendinorum et piscariæ &c. Regis de Overton'.*

‡ 48. PETITIO PRIORIS DE MONTE ACUTO DE ECCLESIA DE ODECUMBE. *Vide* n° 137.

49. ANIANUS BANGOR' EPISCOPUS — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS PRÆDICATORIBUS DE BANGOR'. *Inq. ad q. d.*

50. MICHAEL FILIUS JOHANNIS DE HOLE, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

51. GALFRIDUS DE NORWICO, *Clericus. Inq. ad q. d.*

52. THOMAS DE CUMBE *alias* COMBE, *qui furore ductus se suspendit. De terris dicti Thomæ in manum Regis captis, in Johannis filii et hæredis ejus damnum &c.*

Thomas de Combe die Crucis adorandæ hora tertia se suspendit in boveria sua apud La Comb' in decenna de Westhagintou'. Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 3.]

53. ALEXANDER DE BONKIL *alias* BONKEHIL, *defunctus. De manerio de Ulvedale in manum Regis capto.*

Dictum manerium captum fuit in manum domini Regis per Eschaetorem domini Regis in comitatu prædicto [Cumbr'], ratione cujusdam Margaretæ filiæ et hæredis prædicti domini Alexandri, eo quod moratur in Scotia cum inimicis domini Regis qui sunt contra pacem. Cumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 8.]

54. NICHOLAUS MALEMEYNS, FILIUS ET HÆRES NICHOLAI MALEMEYNS. *De libertatibus in manerio de Okele.* Surr'.

55. ISABELLA DE ROS, DE BELVERO—*pro* ROBERTO DE ROS. *Inq. ad q. d.*

56. GILBERTUS IWEYN, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

57. GILBERTUS DE ISELBEK' *alias* YSELBEK', *defunctus. Extenta terrarum in manum Regis captarum pro eo quod Walterus filius et hæres dicti Gilberti idiota est.*

58. HOSPITALE BEATÆ MARIÆ MAGDALENÆ DE PLUMPTRE JUXTA BAUTRE *De terris &c. ejusdem Hospitalis vacantis.*

59. EDMUNDUS COMES CORNUBLE — *pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*

60. WILLIELMUS DE PUNTYNGTON'—*pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIÆ BEATI PETRI EXON'. *Breve ad q. d.*

61. Prior Sancti Stephani de Hempton'. *Inq. ad q. d.*

62. Thomas de Clare, *defunctus. De hundredo de Cunkesdych* [*? Coombsditch*] *in manum Regis capto.*

63. Isabella de Ros—*pro* Johanne de Ros. *Inq. ad q. d.*

64. Edmundus de Senagum *alias* Senagun—*pro* Johanne de Bello Campo, de Fifhide. *Inq. ad q. d.*

65. Rogerus de Burghull'—*pro* Rogero de Burghull' filio suo. *Inq. ad q. d.*

66. Willielmus de Hamelton' et Petrus Burre, *ex feofamento Gilberti Urry defuncti. Inq. ad q. d.*

67. *De anno* 21° *Edw. I. n°* 212.

68. Henricus Gigur, Persona ecclesiæ Sancti Petri de Sandwico. *Inq. ad q. d.*

69. Henricus de Guldeford'—*pro* Priore et Conventu de Tanrigge. *Inq. ad q. d.*

70. Willielmus de Hamelton', Decanus ecclesiæ Beati Petri Ebor'. *Inq. ad q. d.*

71. Milo de Stapelton' et Priorissa et Moniales de Marryk'. *Inq. ad q. d.*

72. Thomas de Lucy, et Isabella de Fortibus Comitissa Albemarle *defuncta. De bosco de Allerdale.*

73. Petrus de Leycestr'—*pro* Decano et Canonicis ecclesiæ Beatæ Mariæ Leycestr'. *Inq. ad q. d.*

74. Rogerus de La Lee, *Clericus. Inq. ad q. d.*

75. Rogerus de La Lee, Johannes de Somersete *defunctus*, et Alicia quæ fuit uxor ejus nunc uxor Nicholai de Karliolo. *De quibusdam arentationibus vasti in foresta de Morf' factis anno* 24°. *Item, de* 80 *acris vasti de quibus prædicti Johannes et Alicia conjunctim feoffati fuerunt.*

76. Henricus de Gascrik' *alias* Gaskerik' et Gilbertus Crispyn *defuncti. De custodia terrarum et hæredum.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædicti Henricus et Gilbertus nihil tenuerunt de domino Rege in capite diebus quibus obierunt, sed quod tenuerunt diebus obituum suorum de prædicta Juliana [de Gandavo] per servitium militare, et hoc per donationem quam Gilbertus de Gandavo quondam fecit eidem Julianæ. * * Johannes filius ejusdem Henrici est hæres ejus propinquior, et est ætatis sexdecim annorum. * * Alicia filia prædicti Gilberti [Crispyn] est hæres ejus propinquior, et est ætatis quatuor annorum.

[*Vide Inq. a°* 1 *Edw. II. n°* 23.]

77. Johannes de Bladinton—*pro* Abbate et Conventu de Winchecumbe. *Inq. ad q. d.*

78. *De manerio de Knaresdale de quo Alexander quondam Rex Scotiæ fuit seisitus die quo obiit, &c.*

79. Henricus de Pinkeny—*pro* Willielmo de Suthewyk'. *Inq. ad q. d.*

80. JOHANNES DE WESTON'. *Inq. ad q. d.*

81. GALFRIDUS DE LYSINIACO—*pro* RICARDO DE WALSINGHAM. *Inq. ad q. d.*

82. ROBERTUS BERTRAM, DE BOTHALE—*pro* ROBERTO FILIO ROGERI FILII ROBERTI BERTRAM. *Inq. ad q. d.*

Robertus filius Rogeri filii Roberti Bertram est de ætate tredecim annorum, qui est hæres prædicti Roberti Bertram, propter quod dominus Rex posset amittere custodiam prædicti hæredis si Robertus Bertram infra ætatem legitimam prædicti hæredis decesserit.

Northumbr'.

83. PRIOR ET FRATRES PRÆDICATORES DE EBOR'. *Inq. ad q. d.*

84. WILLIELMUS DE BLIBURGH'. *Inq. ad q. d.*

85. GALFRIDUS LE CLERK' DE CESTR'—*pro* PRIORISSA ET MONIALIBUS DE CESTR'. *Inq. ad q. d.*

86. GILBERTUS DE UMFRAMVILL' COMES DE ANEGOS—*pro* CAPELLA BEATÆ MARIÆ IN CASTRO DE PRUDHOU. *Inq. ad q. d.*

87. JOHANNES LE CLERK DE OKLE—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS PRÆDICATORIBUS DE NORWYCO. *Inq. ad q. d.*

88. ABBAS ET CONVENTUS DE THORNTON'. *Inq. ad q. d.*

89. HENRICUS DE HALIBURTON' ET AGNES UXOR EJUS, *rebelles. De terris quæ per forisfactum eorum in manu Regis existunt.*

Memorandum quod Willielmus Galon venit in cancellaria ex parte Roberti Colevile et dixit quod tenementa contenta in ista inquisitione debent reverti ad præfatum Robertum, eo quod Willielmus de Colevile, frater prædicti Roberti cujus hæres ipse est, dedit eadem tenementa Philippo de Colevile et Agneti de Mordington' et hæredibus de corporibus ipsorum Philippi et Agnetis, et eo quod prædictus Philippus obiit sine hærede de corpore suo, et prædicta Agnes nunc uxor Henrici de Haliburton' nihil habet in dictis tenementis nisi ad terminum vitæ de hæreditate prædicti Roberti secundum formam donationis prædictæ. [*In dorso Inquisitionis.*] Northumbr'.

90. WALTERUS DE LANGETON' COVENTR' ET LICHFELD' EPISCOPUS MAGISTER HOSPITALIS SANCTI LEONARDI EBOR'. *Inq. ad q. d.*

91. JOHANNES DE SUDLEYE—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE WYNCHECUMBE. *Inq. ad q. d.*

92. WILLIELMUS DE THORNETOFT—*pro* CAPELLA IN VILLA DE YUCFLET. *Inq. ad q. d.*

93. EDMUNDUS COMES CORNUBIÆ—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE HAYLES. *Inq. ad q. d.*

94. MAGISTER WILLIELMUS DE THORNTON'. *Inq. ad q. d.*

95. GILBERTUS DE HOLM. *Inq. ad q. d.; et extenta terræ.*

96. RADULPHUS FILIUS WILLIELMI LE KEN *vel* KEU. *Inq. ad q. d.*

97. Adam de Bagtripe *alias* Baudrip, *defunctus. De terris et custodia earundem quas tenuit de Hugone de Lovel defuncto, et de ætate hæredum ipsorum Adæ et Hugonis.*

Hæres prædicti Adæ infra ætatem est.——Hæres prædicti Hugonis Lovel plenæ ætatis est. Somerset'.

98. Edmundus de Sumervill'—*pro* Philippo de Sumervill' fratre suo. *Inq. ad q. d.*

99. Robertus Giffard—*pro* Magistro Petro Saverey. *Inq. ad q. d.*

100. Johannes de Engayne. *Inq. ad q. d.*

101. Robertus de Spaldington', *defunctus. De terris ipsius Roberti de quibus Prior de Thornholm' clamat primam seisinam.*

102. Thomas de Sancto Laudo—*pro* ecclesia Beati Petri de Claypol. *Inq. ad q. d.*

103. Abbas de Bello. *De terris ad manum mortuam adquisitis.*

104. Radulphus filius Johannis de Kele—*pro* Priore et Conventu de Markeby. *Inq. ad q. d.*

105. Abbas et Conventus Sancti Augustini Cantuar'. *Inq. ad q. d.*

106. Johannes Oligraunt—*pro* Priore et Conventu de Wangeford'. *Inq. ad q. d.*

107. Alanus filius Alani de Couton'—*pro* Priore et Conventu de Alvingham. *Inq. ad q. d.*

108. Robertus de Rothewell' et Radulphus Broun—*pro* Abbate et Conventu de Rupe. *Inq. ad q. d.*

109. Rogerus de Ashwelle *alias* Assewelle, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

110. Robertus de Mitteford'—*pro* capella de Twysill'. *Inq. ad q. d.*

111. Hugo filius Johannis filii Radulphi de Reppinghale—*pro* Priore et Conventu de Sempingham. *Inq. ad q. d.*

112. Rogerus Bryde, et alii—*pro* Priore et Conventu de Felleye. *Inq. ad q. d.*

113. Henricus Le Droys, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

114. Willielmus Le Corviser *alias* Corveyser et Ricardus de Estham. *Duæ Inq. ad q. d.—Agnes uxor Willielmi Le Corveyser fuit soror Willielmi filii Willielmi Le Mercer utlagati.*

115. Thomas Episcopus Exon' et Ricardus de Pleybury—*pro* Priore et Conventu de Brueton'. *Duæ Inq. ad q. d.*

116. Godfridus Giffard Episcopus Wigorn'—*pro* Thoma de Weston' Subtus Egge *clerico*, Nicholao Le Chaumberlayn, et Galfrido filio Hugonis de Weston' subtus Egge et Willielmo fratre ejus *capellano. Tres Inq. ad q. d.*

117. Willielmus de Brykhull'—*pro* Decano et Capitulo ecclesiæ Sancti Johannis Cestr'. *Inq. ad q. d.*

118. Willielmus Rayer—*pro* Johanne de Tany. *Inq. ad q. d.—Margeria quæ fuit uxor Radulphi Raer dotata est.*

119. *Fragmentum inquisitionis pertinens ad Inq.* 26 *Edw. I. n°* 65.

120. Simon de Barneby *Capellanus* — *pro* Priorissa et Conventu de Apelton'. *Inq. ad q. d.*

121. Johannes Bibel—*pro* persona ecclesiæ de Reculvre. *Inq. ad q. d.*

122. Ranulphus de Monte Caniso et Albreda uxor ejus —*pro* Priore et Conventu de Tippetre. *Inq. ad q. d.*

123. Willielmus de Axebrygg'. *Inq. ad q. d.*

124. Abbas de Hyda, Wynton'. *Inq. ad q. d.*

125. Gervasius de Newebury, *et alii* — *pro* Abbate et Conventu de Middelton'. *Inq. ad q. d.*

126. Johannes Thosy *alias* Tusy — *pro* Priore et Fratribus Ordinis Sancti Augustini Wynton'. *Inq. ad q. d.*

127. Magister Robertus Luterel—*pro* Abbate et Conventu de Valle Dei. *Inq. ad q. d.*

128. *De anno* 27 *Edw. I. n°* 157.

129. Henricus de Shenefeld' et Christiana uxor ejus. *De dote ipsius Christianæ de terris quæ fuerunt Thomæ de Warbleton' primi viri sui.*

130. Ricardus de Lascy — *pro* Priore et Conventu de Bridelingeton'. *Inq. ad q. d.*

131. Radulphus filius et hæres Ricardi de Trelewyth', *idiota. De statu mentis dicti Radulphi.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Radulphus de Trelewyth' ita idiota et non compos mentis suæ a nativitate sua hucusque extitit et adhuc existit, quod regimini sui ipsius terrarum vel tenementorum suorum non sufficit. Et dicunt quod prædictus Radulphus de Trelewyth' in statu prædicto existens in anno regni Regis Edwardi vicesimo sexto, quo anno Ricardus de Trelewyth' pater prædicti Radulphi ad festum Sancti Nicholai obiit, statim post mortem Ricardi patris sui feoffavit Rogerum de Reskemmer filium Ricardi de Reskemmer militis de omnibus terris et tenementis quæ ei pertinebat per mortem prædicti Ricardi patris sui. Cornub'.

132. Johannes de Springgefeld' et Johannes de Mounteny — *pro* Willielmo de Badewe. *Inq. ad q. d.*

133. Thomas de Capella Vicarius ecclesiæ de Kirkeby Steffan— *pro* Capella apud Bramewra. *Inq. ad q. d.*

134. Abbas et Conventus de Sancto Edmundo—*pro* capella in cimiterio Abbatiæ de Sancto Edmundo. *Duæ Inq. ad q. d.*

135. *De anno* 29° *Edw. I. n°* 169.

136. Willielmus de Langwath' et Beatrix de Hesel — *pro* Decano et Capitulo ecclesiæ Sanctæ Mariæ Lincoln'. *Inq. ad q. d.*

137. Thomas de Coker, Matilda quæ fuit uxor Rogeri de Mortuo Mari, Johannes de Hastynges et Willielmus de La Zusche — *pro* Priore et Conventu de Monte Acuto. *Inq. ad q. d.*

138. Rogerus de Scoter, et alii—*pro* Priorissa et Monialibus de Cotum. *Inq. ad q. d.*

139. Henricus Le Mercer, et alii—*pro* Priore et Conventu de Watton'. *Inq. ad q. d.*

140. Johannes de Hodeleston' et Thomas de Bethum—*pro* Priore et Conventu de Kertemel. *Inq. ad q. d.*

141. Thomas Yivon *alias* Iwon de Twyford—*pro* Priore et Conventu Sancti Swythini Wynton'. *Inq. ad q. d.*

142. Rogerus Brabazun *alias* Brabathun—*pro* Abbate et Conventu de Suleby. *Inq. ad q. d.*

143. Johannes de Assheby, *capellanus*—*pro* Priore et Conventu de Daventre. *Inq. ad q. d.*

144. Johanna quæ fuit uxor Reginaldi filii Petri—*pro* Petro filio Reginaldi. *Inq. ad q. d.*

Item, Eadem Johanna—*pro* Reginaldo filio Reginaldi. *Inq. ad q. d. De terris quæ sunt de proparte sua ipsam contingente de hæreditate quæ fuit Willielmi de Fortibus patris dictæ Johannæ.*

145. Rogerus de Moubray, *defunctus. De forestaria de Hovingham, quam idem Rogerus dedit Radulpho de Kirketon' ad terminum vitæ suæ, occasione mortis dicti Rogeri in manum Regis capta.*

146. Walterus Oliver. *Inq. p. m.*

Ricardus Oliver qui aliquando tenuit prædicta tenementa de domino Rege in capite in prædicta villa de Basingstoke, * prædicta tenementa dedit per finem prædictum prædicto Waltero de Merton' sub forma et conditione subscriptis, videlicet, quod prædicta tenementa cum pertinentiis remanerent eidem Waltero per finem illum, et post decessum ejusdem Walteri de Merton' remaneant Waltero Oliver fratri prædicti Ricardi et hæredibus suis de corpore suo procreatis; et si idem Walterus Oliver sine hærede de corpore suo decesserit tunc totum tenementum prædictum remaneat Johanni filio Petri de La Clive nepoti ejusdem Walteri et hæredibus de corpore suo procreatis; et si forte idem Johannes hæredes de se non habuerit, tunc totum prædictum tenementum remaneat Thomæ filio Philippi de Wyrting' et rectis hæredibus ejusdem Thomæ. * * Prædictus Walterus Oliver obiit sine hærede de corpore suo procreato, per quod prædictum tenementum remanere debet Johanni filio Petri de Clive, nepoti ejusdem Walteri, et hæredibus de corpore suo procreatis per formam finis prædicti. Et est dictus Johannes filius Petri de Clive ætatis quinquaginta annorum. Southampton'.

147. Radulphus de Staunford' et Magister Hugo Tripacy—*pro* Priore et Conventu de Waverle. *Inq. ad q. d.*

148. Henricus de Leyburne et Elizabetha uxor ejus, et Willielmus de Creye. *Inq. ad q. d.*

149. Johannes de Pabeham—*pro* Athelina de Pabeham filia sua. *Inq. ad q. d.*

150. *De Walliis et fossatis Marisci de Wynchelese reparandis et sustentandis, &c.*

151. *De anno* 27° *Edw. I. n°* 158.

152. ADAM DE NORTHAMPTON' ET PETRONILLA UXOR EJUS, ET ALII — *pro* PRIORE ET CONVENTU SANCTI SWYTHINI WYNTON'. *Tres Inq. ad q. d.*

153. BARTHOLOMÆUS DE REDHAM, *defunctus* (FILIUS STEPHANI DE REDHAM), ET ROBERTUS BAYNARD FILIUS ET HÆRES ROBERTI BAYNARD. *Inquisitiones, Placita, &c. de diversis terris.*

154. *Non apparet.* [CHRISTIANA DE MARISCIS.]—[? *Vide a°* 9 *Edw. I. n°* 83.]

†155. ALICIA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS DE BELLO MONTE. *Extenta terrarum unde dicta Alicia clamat tertiam partem in dotem versus Ricardum Episcopum London'.*

*156. PATRICIUS FILIUS ET HÆRES ADÆ BOUCHE. *Probatio ætatis facta die Mercurii post festum Sancti Nicholai a°* 29°.

Willielmus de Wilton' ætatis quinquaginta quinque annorum, juratus et per se examinatus super ætate prædicti Patricii Bouche, dicit quod idem Patricius natus fuit apud Ulvesby die Veneris in Septimana Paschæ anno regni Regis Edwardi nunc sexto, et quidam Willielmus Capellanus parochialis ecclesiæ Sancti Patricii de Ulvesby baptizavit dictum Patricium in baptisterio ecclesiæ de Ulvesby prædictæ, et dominus Patricius de Ulvesby miles et Thomas de Rompeley fuerunt compatres dicti Patricii Bouche. * * Cumbr'.

*157. MATILDA UXOR MAURITII LE BRUN FILIA ET HÆRES PHILIPPI DE LA ROKELE. *Probatio ætatis capta* 16° *die Junii a°* 29°.

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod eadem Matilda fuit ætatis quatuordecim annorum die Sancti Dionisii ultimo præterito, et de hoc nullas alias habent evidentias nisi tamen relatu patriæ eo quod prædicta Matilda nata fuit in partibus Hiberniæ. Cant'.

*158. THOMAS DE LONGEVILERS FRATER ET HÆRES JOHANNIS DE LONGEVILERS. *Probatio ætatis capta in Octabis Sanctæ Trinitatis.*

Willielmus de Bevercotes miles ætatis quinquaginta annorum et amplius, distans a West Markham per dimidiam leucam ubi prædictus hæres natus fuit, juratus et diligenter examinatus de ætate prædicta, dicit quod prædictus hæres est plenæ ætatis, videlicet, viginti unius annorum et amplius, et fuit die Lunæ in crastino Paschæ proximo præterito. * Et dicit quod baptizatus fuit in ecclesia Omnium Sanctorum de West Markham, et Thomas Barbot et Willielmus Le Taillour fuerunt compatres prædicti hæredis et quædam domina Juetta de West Markham fuit commater. Dicit etiam quod mater dicti hæredis purificata fuit in dicta ecclesia quodam die Sabbati circiter tres septimanas post nativitatem dicti hæredis. *

Henricus de Sutton' manens apud Walesby ætatis quadraginta quatuor annorum, distans a prædicta villa de West Markham per duas leucas juratus &c. dicit quod prædictus hæres est plenæ ætatis, et de tempore, loco nativitatis et baptismatis, compatribus et commatre, concordat cum præjurato. Requisitus qualiter hoc scit, dicit quod prædictus hæres habet quandam sororem, Elloram nomine, quam ipse Henricus debuit aliquo tempore desponsasse per prælocutionem

factam inter patrem dicti hæredis et avunculum ipsius Henrici; et dicit quod certus dies assignatus fuit inter eos pro negotio illo expediendo, videlicet, apud West Markham die Martis in crastino nativitatis dicti hæredis, a quo die fuerunt elapsi viginti unus anni die Martis in septimana Paschæ proximo præterita; et dicit quod quia concordare non potuerunt de matrimonio illo ipse Henricus desponsavit quandam Isabellam, modo uxorem suam, ad festum Purificationis proximo sequens, a quo tempore erunt elapsi viginti unus anni ad festum Purificationis proximo futurum. *

Rogerus Cresey de Est Markham manens ibidem ætatis triginta octo annorum, distans a West Markham per unam leucam juratus &c. de ætate, loco nativitatis, compatribus et commatre, adiciendo quod Capellanus baptizans vocabatur Johannes Le Neyr, concordat cum præjuratis. Requisitus qualiter hoc scit, dicit quod ipse fuit cum Johanne de Lysours milite qui desponsavit matrem prædicti hæredis post matrem [mortem] patris prædicti hæredis, videlicet, ad festum Beatæ Mariæ Magdalenæ; et dicit quod a tempore illo erunt viginti unus anni elapsi ad festum Beatæ Mariæ proximo præteritum, et dicit quod prædictus hæres tunc fuit ætatis duorum annorum et amplius prout a fidedignis intellexit. * * * *

Elias de Cheyne juratus et separatim examinatus concordat cum prædicto Mauritio præjurato de die et loco nativitatis prædicti Gilberti. Et dicit per hoc recolit quod mater ipsius Eliæ misit Julianæ de Clare matri prædicti Gilberti exennia per ipsum Elyam die quo prædicta Juliana laborabat in partu, a quo die sunt viginti unus anni elapsi ad festum Purificationis Beatæ Mariæ nunc ultimo præteritum.

Robertus de Inscul juratus et separatim examinatus concordat cum prædicto Mauritio præjurato de die et loco nativitatis prædicti Gilberti. Et dicit per hoc recolit quod fuit in quodam conflictu apud Kyldroyn inter Anglicos et Hibernicos die Lunæ proxima post festum Omnium Sanctorum, in quo conflictu Robertus Le Butiller miles vulneratus fuit, unde obiit; et prædictus Gilbertus natus fuit in crastino Purificationis Beatæ Mariæ tunc proximo sequente in unum annum, a quo conflictu sunt viginti duo anni elapsi ad festum Omnium Sanctorum ultimo præteritum. * * * * Hibern'.

[*Vide Rot. Fin.*, 28 *Edw. I. m.* 11.]

*165. ROGERUS DE BAVENT FILIUS ET HÆRES ADÆ DE BAVENT. *Probatio ætatis capta in octabis Sancti Michaelis.*

Radulphus de Catewyk' manens in Stanynges ætatis quinquaginta annorum et amplius, distans a prædicta villa de Wistaneston' per dimidiam leucam, juratus et diligenter examinatus de ætate prædicti Rogeri, dicit quod prædictus Rogerus fuit filius Adæ de Bavent et hæres, &c., et quod est ætatis viginti unius annorum, et fuit die Veneris proxima ante festum Annunciationis Beatæ Mariæ ultimo præteritum. Requisitus ubi prædictus hæres natus fuit, dicit quod natus fuit apud Wistaneston' et in ecclesia parochiali ejusdem villæ baptizatus a quodam sacerdote Johannes nomine. * * * *

Willielmus Le Spenser manens apud Chiltington', ætatis quinquaginta annorum et amplius, distans a Wistaneston' per tres Leucas, juratus &c. de ætate, loco nativitatis [et] baptismi, Capellano baptizante, compatribus et commatre concordat cum præjuratis. Requisitus qualiter scit de ætate, dicit quod prædictus hæres natus fuit die Veneris proxima ante festum Annunciationis Beatæ Mariæ et baptizatus die Sabbati sequente; et idem juratus ad festum Sancti Martini proximo post nativitatem prædicti hæredis stetit in servitio prædicti Adæ patris prædicti hæredis per duodecim annos sequentes quod idem Adam obiit; et dicit quod a tempore obitus sui ad festum Sancti Martini proximo futurum elapsi erunt novem anni. * * * * Sussex'.

*166. JOHANNES DE PAVELY FILIUS ET HÆRES JOHANNIS DE PAVELY. *Probatio ætatis capta 22° die Junii.*

Willielmus de Pavely de Cantukesheved' ætatis quadraginta duorum annorum, juratus et examinatus super ætate prædicti Johannis filii et hæredis dicti Johannis de Pavely, dicit quod prædictus hæres fuit ætatis viginti duorum annorum in vigilia Sancti Mathæi Apostoli et Evangelistæ proximo præterita; et hoc scit quia idem hæres natus fuit apud Cantukesheved' in comitatu prædicto in vigilia Sancti Mathæi Apostoli prædicti anno regni domini Edwardi Regis nunc sexto, et in ecclesia ejusdem villæ eodem die baptizatus fuit. Et similiter hoc scit quia Johannes de Pavely pater prædicti hæredis fuit in societate præfati Willielmi de Pavely de Cantukesheved' in Itinere Justiciariorum apud Somertone ultimo itinerantium, videlicet, in anno regni domini Edwardi Regis nunc septimo, et tunc vidit prædictum hæredem `fere' ætatis unius anni, et per hoc recolit ei quod est ætatis viginti duorum annorum et amplius. * * * *

Somerset'.

*167. WILLIELMUS LE BLOMERE, *rettatus de morte* THOMÆ FILII WILLIELMI AYLWYN; *quem interfecit se defendendo.*

*168. THOMAS FILIUS ET HÆRES JOHANNIS WAKE. *Extenta terrarum quæ sunt in custodia Regis de hæreditate prædicti Thomæ. Johanna quæ fuit uxor Johannis Wake superstes est.*

†169. BEATRIX COLET' DE LINCOLN'—*pro* WILLIELMO DE MELTON' PERSONA ECCLESIÆ DE REFHAM. *Inq. ad q. d.*

†170. WALTERUS DE SCRUTEVILLE. *Inq. p. m.*

Dictus Walterus obiit die Mercurii in vigilia Beatæ Margaretæ Virginis anno prædicto [29°]. * * Ricardus de Scrutevile filius dicti Walteri est hæres prædicti Walteri propinquior, et fuit ætatis viginti trium annorum ad festum Paschæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Veneris post festum Assumptionis.*]

Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 9.]

†171. EDMUNDUS BARO STAFFORD' — *pro* MINISTRO ET FRATRIBUS ORDINIS SANCTÆ TRINITATIS DE TEVELESFORD'. *Inq. ad q. d.*

†172. ARNALDUS FILIUS WALTERI DE BUKTON'—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE BRIDLINGTON'. *Inq. ad q. d.*

30° *Edw. I.*

1. JOHANNES PATERNOSTER. *Inq. p. m.*

Johannes Paternoster tenuit de domino Rege in capite die quo obiit in dominico suo ut de feodo terras subscriptas in Esthenreth' per servitium dicendi singulis diebus orationem Dominicam cum salutatione Beatæ Mariæ, pro domino Rege et pro animabus progenitorum suorum Regum Angliæ. * * Ricardus frater dicti Johannis Paternoster est ejus hæres propinquior, et de ætate viginti quatuor annorum et amplius. Berk'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 8.]

2. *De anno* 31° *Edw. I. n°* 180.

3. GILBERTUS GAUNT, DE BYNBROK', *defunctus. De inquirendo si idem Gilbertus obiit seisitus de manerio de Salteby juxta Waltham, unde Matilda quæ fuit uxor ejus in curia Regis recuperavit tertiam partem in dotem versus Galfridum filium Roberti Luterel custodem terræ et hæredis prædicti Gilberti.*

Gilbertus Gaunt de Bynbrok' feoffavit Johannem Luterel de omnibus terris et tenementis suis prædictis per chartam suam sibi et hæredibus suis imperpetuum tenendis; et inde per tres annos ante diem obitus sui in seisinam posuit. Leicestr'.

4. ROBERTUS BUSTARD', FILIUS THOMÆ BUSTARD', DE BUSTARDTHORP'. *Inq. p. m.*

Johannes filius suus est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis octodecim annorum die Sancti Wulfridi in hieme ultimo jam elapsum. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 18 *et m.* 17.]

5. GALFRIDUS LE BATT', DE ESTBURNE, *defunctus. De valore terrarum in Estburne quæ capta fuerunt in manum Regis eo quod dictus Galfridus illas sine licentia Regis adquisivit.*

Willielmus Le Batt', filius dicti Galfridi Le Batt', est propinquior hæres dicti Galfridi, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Sussex.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 7.]

6. Johannes de Upton', *qui tenuit de hærede Philippi Burnel in custodia Regis existente. Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis de Upton' est propinquior hæres ejusdem Johannis, et fuit ætatis sexdecim annorum ad festum Sancti Petri ad Vincula ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Sabbati post festum Omnium Sanctorum anno* 29°.] Salop'.

Johannes filius Johannis de Upton' est propinquior hæres ejusdem Johannis de Upton', et fuit ætatis sexdecim annorum ad festum Sancti Petri ad Vincula ultimo præteritum. * Ricardus quondam Comes Arundell' dotavit Isabellam quæ fuit uxor prædicti Johannis de Upton' de tertia parte prædictorum tenementorum [apud Upton']. Et custodia duarum partium est in manu Alesiæ filiæ ejusdem Comitis ex dono ipsius Comitis eo quod prædictus Johannes obiit per dimidium annum ante mortem ejusdem Comitis. [*Inquisitio facta* 24 *die Maii anno* 30°.]

7. Stephanus de Elmedon'. *Inq. p. m.*

Willielmus filius prædicti Stephani est propinquior hæres ejusdem Stephani, et fuit ætatis viginti octo annorum ad festum Sancti Michaelis ultimo præteritum. [*Inquisitio facta* 24° *die Aprilis.*] Stafford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 11.]

8. Henricus del Rodes *alias* de Rodys. *Inq. p. m.*

Hugo de Rodes frater dicti Henrici est propinquior hæres ejus, et est de ætate quadraginta annorum. Derb'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 7.]

9. Johannes de Coggeshale. *Inq. p. m.*

Johannes filius Johannis de Coggeshale defuncti propinquior hæres ejus est, et est ætatis duodecim annorum in festo Sancti Jacobi proximo futuro. [*Inquisitio capta* 10° *die Junii.*] Essex'.

10. Henricus de Rothinge. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam prædicti juratores quod Alexander filius dicti Henrici propinquior hæres ejus est, et quod fuit die Sanctæ Margaretæ ultimo præterito ætatis viginti duorum annorum. [*Inquisitio facta die Mercurii ante festum Sancti Andreæ.*] Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 13.]

11. Thomas de Lanum. *Inq. p. m.*

Rogerus filius dicti Thomæ de Lanum est hæres ejus propinquior, et est ætatis sexaginta annorum et amplius. Nottingham'.

12. ROBERTUS LE FAUKENER *alias* FAUKONYR *alias* FAUCONER. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Roberti est hæres ejus propinquior et de ætate viginti octo annorum. Cant'.

Johannes filius prædicti Roberti est hæres ejus propinquior et ætatis triginta annorum. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 7.]

13. *De anno* 29° *Edw. I. n°* 170.

14 MAGISTER WALTERUS DE MARWARDYN. *Inq. p. m.*

Walterus filius Johannis de Marwardyn est 'consanguineus' ipsius Magistri Walteri de Marwardyn et hæres 'ejus' propinquior, et erit ætatis sexdecim annorum ad festum Sancti Deon' [? Dionisii] anno regni Regis Edwardi tricesimo.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 4.]

15. BRIANUS FILIUS ALANI, *qui tenuit de hærede Johannis Ducis Britanniæ. Inq. p. m.*

Dicunt dicti juratores quod Matilda filia dicti Briani ætatis octo annorum, et Katherina soror ejus ætatis sex annorum, sunt propinquiores hæredes ipsius Briani. Et dicunt quod dictus Brianus dotavit Matildam uxorem suam ad ostium ecclesiæ de omnibus terris et tenementis prædictis quando eam disponsavit, simul cum aliis terris et tenementis in aliis comitatibus. Lincoln'.

16. JOHANNES WACELYN *alias* WASSELYN, *fatuus et idiota. Inq. p. m.*

Nicholaa et Matilda filiæ Nicholai Wasselyn sunt hæredes propinquiores et de ætate quadraginta annorum. Southampton'.

Nicholaa uxor Henrici de Sardene et Matilda relicta Johannis de Parrok' sunt sorores prædicti Johannis Wacelyn et hæredes propinquiores, et ætatis triginta annorum et amplius. Sussex'.

17. FULCO DE RYCOTE *alias* RUYCOTE. *Inq. p. m.*

Fulco filius prædicti Fulconis est ejus hæres propinquior; et est de ætate septem annorum et dimidii. Oxon'.

Est etiam assignatio dotis Margaretæ quæ fuit uxor prædicti Fulconis.

18. RICARDUS ATTE WESTHALLE *alias* WESTALLE DE AMCOTES, *qui tenuit de hærede Rogeri de Moubray infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Ricardus Atte Westalle de Amcotes, filius dicti Ricardi Atte Westalle de Amcotes defuncti, est ejus propinquior hæres, et fuit ætatis septendecim annorum ad festum Nat' [Natalis *vel* Nativitatis] Beatæ Mariæ ultimo præteritum hoc anno [29°]. Lincoln'.

19. HUGO DE LAVAL *alias* DE LA VALE, *qui tenuit per legem Angliæ de hæreditate Matildæ quondam uxoris suæ. Inq. p. m.*

Johannes de Lancastr' consanguineus prædictæ Matildæ est hæres ejus propinquior et ætatis triginta annorum et amplius. Essex'.

Johannes de Lancastr' filius et hæres Philippæ sororis dictæ Matildæ est propinquior hæres ipsius Matildæ, et est ætatis triginta annorum et amplius. Northumbr'.

Item, Inquisitio de terris quas idem Hugo dimisit ad terminum vitæ suæ Roberto Burnell', quondam Bathon' et Wellen' Episcopo, et hæredibus suis, et quæ capta fuerunt in manum Regis post mortem Philippi Burnell', consanguinei et hæredis ipsius Episcopi, ratione minoris ætatis hæredis dicti Philippi.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 6.]

20. Walterus de Treverbyn *et* Andreas de Solenny *alias* Suleny, *defuncti.*

Edwardus Dei gratia *&c.* — Quia intelleximus quod Walterus de Treverbyn qui de nobis tenuit in capite diem clausit extremum, et quod terræ et tenementa quæ fuerunt ipsius Walteri die quo obiit sunt per mortem ipsius Walteri et ratione minoris ætatis hæredis ejusdem in manu nostra; volentes super vero valore terrarum *&c.* plenius certiorari, vobis mandamus *&c.* Teste 23° die Maii.

Edwardus Dei gratia *&c.* — Quia Andreas de Solenny qui de nobis tenuit in capite diem clausit extremum ut accepimus, vobis mandamus *&c.*—Teste 16° die Junii.

Inquisitio facta ibidem die Veneris proximo post festum Sancti Petri quod dicitur ad Vincula anno regni Regis Edwardi tricesimo, * videlicet, utrum Andreas de Suleny, qui aliquo tempore tenuit de Ricardo quondam Comite Cornubiæ per servitium militare, tempore ipsius Ricardi diem clausit extremum, necne, cujus quidem Comitis feoda ad manus domini Regis per mortem bonæ memoriæ Edmundi nuper Comitis Cornubiæ devenerunt, per quod custodia terrarum et tenementorum quæ fuerunt ipsius Andreæ die quo obiit, si hæres ejus vel hæredes hæredis ejusdem infra ætatem fuerit vel fuerint, pertinere debeat; et si per præfatum Comitem seu executores suos dicta custodia vendita erat vel ad dominum Regem remanserit; et si sic, quantum terræ præfatus Andreas tenuit de prædicto Comite in capite die quo obiit et quantum de aliis, et per quod servitium; et quantum terræ illæ valeant per annum in omnibus exitibus, et quis propinquior hæres ejus sit, et cujus ætatis: Qui [juratores] dicunt super sacramentum suum quod Andreas de Sulenny tenuit manerium de Faweton' in comitatu Cornubiæ de Ricardo quondam Comite Cornubiæ in capite per servitium vicesimæ partis feodi unius militis die quo obiit. * Et dicunt quod prædictus Andreas obiit sine hærede de se legitime procreato; et quia prædictus Andreas obiit sine hærede de se legitime procreato resortita sunt dicta tenementa cuidam Galfrido de Sulenny ut avunculo et hæredi, qui etiam tenuit de prædicto Comite per prædictum servitium. Et decedente prædicto Galfrido sine hærede de corpore suo legitime procreato, descendit prædicta hæreditas duabus sororibus prædicti Galfridi ut uni hæredi, videlicet, Isoldæ et Emmæ. Dicunt etiam quod de Isolda antenata sorore descendit hæreditas de proparte sua cuidam Emmæ ut filiæ et hæredi; de Emma descendit hæreditas cuidam Hugoni ut filio et hæredi; de Hugone descendit prædicta hæreditas cuidam Waltero de Treverbyn ut filio et hæredi; de Waltero de Treverbyn descendit prædicta hæreditas cuidam Hugoni ut filio et hæredi, qui est ætatis novem annorum et non maritatus, nec warda vendita est per præfatum Comitem

nec per ejus executores. Et dicunt quod Walterus de Treverbyn pater prædicti Hugonis, qui seisitus [fuit] de proparte sua prædictæ hæreditatis, obiit circa festum Sancti Johannis Baptistæ jam septem annis elapsis. * * Et dicunt quod de præfata Emma postnata sorore exivit quidam Oliverus de Campo Arnulphi ut filius et hæres; de Olivero exivit quædam Johanna ut filia et hæres; de Johanna exivit Radulphus ut filius et hæres; de Radulpho exivit quidam Johannes de Welinton' qui nunc tenens propartem suam est plenæ ætatis et maritatus. Cornub'.

21. Ricardus Bruton *alias* Breton. *Inq. p. m.*

Willielmus filius prædicti Ricardi Bruton est hæres ejusdem Ricardi propinquior, et fuit de ætate sex annorum ad Natale Domini proximo præterito. Southampton'.

22. Hubertus La Veille *alias* Veylle. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Hubertus La Veylle diem suum clausit extremum die Jovis proxima post festum Sancti Mathiæ Apostoli anno supradicto [30°]. Et dicunt quod Petrus La Veylle filius Johannis La Veylle `filii et hæredis ipsius Huberti' est propinquior hæres prædicti Huberti La Veylle, et est de ætate viginti trium annorum et plus. Dorset'.

[*Vide Rot. Fin.*, 5 *Edw. I. m.* 15; *et* 30 *Edw. I. m.* 9.]

23. Johannes Roges. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Johannes Roges tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit manerium de Bedinton' cum pertinentiis in comitatu Surr' de domino Rege in capite. * * Dicunt etiam quod prædictum manerium cum pertinentiis est pure eschaeta domini Regis eo quod præfatus Johannes Roges obiit sine hærede, ut intelligunt. Surr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 10 *Edw. I. m.* 6.]

24. Johannes de Danthorp. *Inq. p. m.*

Willielmus filius Aliciæ sororis dicti Johannis antenatæ, et Johanna filia Margeriæ sororis dicti Johannis postnatæ, sunt propinquiores hæredes ipsius Johannis. Et dictus Willielmus est ætatis viginti octo annorum, et est idiota. Et dicta Johanna est ætatis viginti duorum annorum. Cumberland'.

[*Vide* n° 149 *hoc anno; et Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 6.]

25. Galfridus Uppehulle. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Galfridus Uppehulle tenuit quoddam tenementum in La Hulle de domino Rege in capite in comitatu Devon' die quo obiit per legem Angliæ de hæreditate Maisantæ quondam uxoris suæ defunctæ. * * Dicunt etiam prædicti juratores quod David Uppehulle filius prædictæ Maisantæ est propinquior hæres ejusdem Maisantæ, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Devon',

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 8.]

26. Alianora quæ fuit uxor Bertrami de Criel. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædicta Alienora nullas terras nec tenementa tenuit in comitatu prædicto die quo obiit in dominico suo ut de feodo, sed dicunt quod tenuit manerium de Estwelle in dotem: * Et dicunt quod Alienora quæ fuit uxor Johannis de Criel fuit feoffata de dicto manerio per Walterum de Sturton' tenendum ad terminum vitæ suæ. * * Item dicunt quod post obitum prædictæ Alienoræ quæ fuit uxor Johannis de Criel, propinquior hæres est Bertramus frater prædicti Johannis, et est ætatis triginta annorum. Cant'.

27. Isabella de Morf'. *Inq. p. m.*

Henricus de Morf' filius ejusdem Isabellæ est propinquior hæres ejusdem Isabellæ, et est ætatis quadraginta quinque annorum. Salop'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 11.]

28. *Deest.* [Willielmus Le Veym.]

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 9. Quia Willielmus Le Veym qui de Rege tenuit in capite diem clausit extremum, ut Rex accepit, mandatum est &c.]

29. Johannes de Cogan. *Inq. p. m.*

Thomas de Cogan filius prædicti Johannis de Cogan est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 10.]

30. Ricardus Comes Arundell'. *Inq. p. m.*

Edmundus filius prædicti Ricardi Comitis Arundell' est hæres ejus propinquior, et ætatis sexdecim annorum. Sussex'.

Edmundus filius prædicti Ricardi est propinquior hæres ejusdem Ricardi, et fuit ætatis octodecim annorum ad festum Apostolorum Philippi et Jacobi ultimo præteritum. [*Inquisitio facta* 18° *die Maii.*] Salop'.

Quidam Edmundus est filius dicti Ricardi et hæres ejus propinquior, et fuit de ætate septendecim annorum die Sancti Thomæ Apostoli anno regni Regis Edwardi tricesimo. Warewic'.

31. Willielmus de Kirkeby. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Margareta, Alicia, Matildis et Mabilia, sorores et unus hæres, sunt sorores prædicti Willielmi et propinquiores hæredes ejusdem; de quibus Margareta est ætatis quinquaginta annorum, Alicia quadraginta octo annorum, Matildis quadraginta sex annorum, et Mabilia quadraginta quatuor annorum et amplius. Præterea dicunt prædicti juratores quod Margareta quæ fuit uxor Johannis de Camoys dotata est de tertia parte dicti manerii [de Orewell'] per mortem Johannis viri sui. Cantebr'.

Margareta de Hotthorp', Matildis de Houby, Alicia Prilly et Mabilia Grymbaud', sorores dicti Willielmi, sunt propinquiores hæredes ipsius Willielmi, et sunt plenæ ætatis. Lincoln'.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Willielmus tenuit medietatem manerii de Heghcham, quod est de hæreditate Christinæ uxoris suæ, de domino Nicholao de Cryel. * * Item dicunt prædicti juratores quod prædictus Willielmus tenuit die quo obiit medietatem manerii de Stanstede de hæreditate prædictæ Christinæ de domino Roberto Archiepiscopo Cantuar'. * * Item dicunt prædicti juratores quod Margareta Dosevill', Matildis Houby, Mabilia Grymbald et Alicia Purly sunt hæredes Willielmi de Kirkeby propinquiores et plenæ ætatis, et non hæredes dictæ Christinæ. Cant.

Dicunt [juratores] quod idem Willielmus tenuit manerium de Munden' Furnivall' cum advocatione ecclesiæ ejusdem de Lora quæ fuit uxor Johannis de Ulvesflete filia et hærede Gerardi de Furnivall'. * * * Item dicunt quod prædictus Willielmus obiit seisitus de prædictis tenementis in dominico suo ut de feodo die Jovis in vigilia Sancti Laurentii anno prædicto [30°], et quod residuum prædicti manerii est in manus Mathaniæ quæ fuit uxor Johannis de Cobham ad totam vitam ipsius Mathaniæ. Dicunt etiam quod quædam Margareta uxor Walteri Dosevyle soror præfati Willielmi cynecia, Alicia uxor Petri Prilly soror ejusdem Willielmi secunda, Matildis quæ fuit uxor Gilberti de Houby soror tertia ejusdem Willielmi et Mabilia quæ fuit uxor Willielmi Grimbaud soror quarta ejusdem Willielmi, sunt propinquiores hæredes ejusdem Willielmi et plenæ ætatis. Hertford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 3.]

32. Johannes Trenchard. *Inq. p. m.*

Est hæres ejus propinquior Henricus Trenchard filius ejus, et fuit de ætate septendecim annorum die Sancti Egidii proximo præterito. [*Inquisitio capta die Martis post Ascensionem Domini.*] Southampton'.

Henricus filius prædicti Johannis Trenchard est hæres ejus propinquior et ætatis octodecim annorum. Surr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 12.]

33. Willielmus de Fyenes *alias* Fenes *alias* Fyenles. *Inq. p. m.*

Johannes de Fenes filius ejusdem Willielmi est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et est ætatis viginti et quinque annorum et amplius. Surr'.

Johannes de Fenes filius prædicti Willielmi de Fenes est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et est ætatis viginti et quatuor annorum et amplius. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 2.]

34. Willielmus Bathon' et Wellen' Episcopus. *Inq. p. m.*

Item dicunt prædicti juratores quod quoad hæredem propinquiorem prædicti Willielmi, vel cujus ætatis sit, ignorant. Somerset'.

35. Willielmus de Botreaus *alias* Botereaus senior. *Inq. p. m.*

Willielmus de Botereaus, filius prædicti Willielmi de Botereaus senioris, est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti septem annorum et amplius. Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 9.]

36. JOHANNES DE SANCTO JOHANNE. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis est hæres ejus propinquior et ætatis viginti octo annorum. Sussex'.

Johannes de Sancto Johanne filius prædicti Johannis est hæres ejus propinquior et de ætate triginta annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 4.]

37. MATHÆUS DE LOVAYN *alias* LUVEYN. *Inq. p. m.*

Thomas de Lovayn est filius et hæres propinquior ejusdem Mathæi, et est ætatis duodecim annorum in festo Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ anno regni Regis Edwardi tricesimo. Suffolc'.

Thomas filius prædicti Mathæi propinquior hæres ejus est, sed de ætate ejus ignorant [juratores] quia natus fuit in comitatu Essex'. Ebor'.

Thomas filius dicti Mathæi est ejus propinquior hæres, et fuit ætatis duodecim annorum ad festum Sanctæ Margaretæ anno regni Regis Edwardi vicesimo nono. Ebor'.

38. WILLIELMUS DE MONTE CANISO, DE EDWARDESTON'. *Inq. p. m.*

Willielmus filius Willielmi de Monte Caniso est hæres propinquior ejusdem Willielmi, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Suffolc'.

Item, de terris quas tenuit de hæreditate Beatricis de Bello Campo quondam uxoris suæ defunctæ.

Dicunt etiam prædicti jurati quod præfatus Willielmus de Monte Caniso tenuit terras et tenementa supradicta per legem Angliæ de hæreditate prædictæ Beatricis quondam uxoris suæ defunctæ, ratione prolis inter eos suscitatæ, eo quod prædicta tenementa fuerunt jus et hæreditas ipsius Beatricis; quæ quidem Beatrix prius desponsata fuerat cuidam Thomæ filio Otonis qui de ea procreavit quendam Otonem filium, et quandam Matildam filiam quam Johannes de Boteturte duxit in uxorem. Et dicunt quod prædicta Beatrix obiit seisita de prædictis tenementis in dominico suo ut de feodo, vivente ipso Otone filio suo, et quod prædicta tenementa remanserunt in seisina prædicti Willielmi de Monte Caniso, qui jam obiit, tenenda per legem Angliæ ut prædictum est de hæreditate ipsius Otonis filii et hæredis præfatæ Beatricis, cui jus et feodum prædictorum tenementorum post mortem præfatæ Beatricis jure hæreditario descenderunt et accreverunt; unde dicunt quod Matilda filia prædictæ Beatricis, uxor Johannis de Botcturte, soror prædicti Otonis de eodem patre et eadem matre, de prædictis tenementis per medium ipsius Otonis qui nuper obiit, est hæres propinquior prædictæ Beatricis, et est ætatis triginta annorum. Essex'.

Dicunt etiam [juratores] quod prædictum manerium [de Sheldesleye Beauchamp] fuit de hæreditate prædictæ Beatricis uxoris prædicti Willielmi, quæ quidem Beatrix prius desponsata fuerat cuidam Thomæ filio Otonis qui de ea procreavit quendam Otonem filium et quandam Matildam nunc uxorem Johannis Botetourte. Et dicunt quod prædicta Beatrix obiit seisita de prædicto manerio in dominico suo ut de feodo, vivente ipso Otone filio suo, et quod

prædicta tenementa remanserunt in seisina prædicti Willielmi de Monte Caniso, qui jam obiit, tenenda per legem Angliæ ut prædicitur de hæreditate prædicti Otonis filii et hæredis prædictæ Beatricis, cui jus et feodum prædicti manerii post mortem prædictæ Beatricis jure hæreditario descendebat et accrevit; unde dicunt quod Matilda filia prædictæ Beatricis, nunc uxor Johannis Botetourte et soror prædicti Otonis de eodem patre et eadem matre, de prædictis tenementis per medium ipsius Otonis est hæres prædictæ Beatricis propinquior et ætatis viginti annorum et amplius. Wigorn'.

[*Vide Rot. Fin.*, 6 *Edw. I. m.* 9; *et* 30 *Edw. I. m.* 10.]

39. ROBERTUS DE STREDLEYE *alias* STRELLE. *Inq. p. m.*

Robertus filius Roberti de Strelle prædicti defuncti est hæres ejus propinquior, et erit ætatis viginti et trium annorum ad festum Sancti Mathiæ Apostoli proximo futurum. [*Inquisitio facta* 13° *die Februarii.*] Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 14.]

40. AMICIA DE DERLEYE. *Inq. p. m.*

Ricardus de Herthull', consanguineus prædictæ Amiciæ, est ejus hæres propinquior et ætatis triginta annorum et amplius. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 10.]

41. GODFRIDUS [GIFFARD] WIGORN' EPISCOPUS. *Inq. p. m.*

Johannes Giffard', filius Willielmi Giffard', est propinquior hæres prædicti Godefridi, et ætatis triginta duorum annorum. Gloucestr'.

Johannes Giffard', filius Willielmi Giffard' fratris præfati Godefridi, est ejus hæres propinquior et de ætate triginta annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 12.]

42. ———

43. RADULPHUS DE WEDONE. *Inq. p. m.*

Radulphus filius Radulphi de Wedone est hæres ejus propinquior, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 13.]

44. WILLIELMUS DE HAMPTONE. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod prædictus Willielmus de Hamptone obiit sine hærede. Somerset'.

45. WILLIELMUS DE BIFELD', *qui tenuit per legem Angliæ de hæreditate Matildæ uxoris suæ defunctæ. Inq. p. m.*

Henricus filius Henrici de Erdington' et prædictæ Matildæ est propinquior hæres ejusdem Matildæ, et est ætatis viginti et quatuor annorum et amplius. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 14 *Edw. I. m.* 13; *et* 30 *Edw. I. m.* 8.]

46. Johannes de Hampstede *alias* Hamstede. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod dictus Johannes de Hamstede fuit bastardus, nec ullum habuit hæredem de corpore suo legitime procreatum. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 8.]

47. Johannes de Munceus *alias* Monceus *alias* Mounceaus. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis de Monceus est hæres ejus propinquior et de ætate viginti trium annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 4; *et* 34 *Edw. I. m.* 8.]

48. Robertus filius Henrici de Derleye. *Inq. p. m.*

Johannes frater prædicti Roberti propinquior hæres ejus est, et est ætatis sexdecim annorum. Derb'.

Item, mandatum est Thesaurario et Baronibus de scaccario quod inquirant de tenura ipsius Roberti et de custodia terrarum suarum, &c.

De recordis coram Baronibus de Scaccario contentis in rotulo Memorandorum de anno 30°.

* * Juratores dixerunt super sacramentum suum quod tempore Regis Henrici, patris Regis qui nunc est, fuit balliva de Alto Pecco per aliquod tempus in manu ipsius Regis qui nunc est, et tunc temporis obiit quidam Henricus de Derleye qui tenuit illam medietatem villæ de Derleye quæ fuit Roberti de Derleye jam defuncti, et habuit filium et hæredem, nomine Henricum, infra ætatem existentem, et Gervasius Bernak' tunc Ballivus de Pecco seisivit prædictam medietatem simul cum corpore prædicti hæredis in manum Regis qui nunc est; et postea quidam Robertus de Derleye, qui tunc temporis morabatur cum dicto domino Edwardo Rege nunc, sequebatur versus ipsum dominum Edwardum; ita quod ipse dominus Edwardus eidem Roberto terram prædictam simul cum corpore dicti hæredis reddidit; sed dicunt quod sive de dono, sive per finem, sive per inquisitionem factam secundum legem &c., sive quo alio modo, ignorant. Dicunt tamen quod ipse Robertus pro secta sua et auxilio suo habuit de dono ipsius hæredis unam bovatam terræ. Dicunt insuper quod idem Henricus filius &c. habuit filium et hæredem, nomine Henricum dictum Le Clop, qui fuit plenæ ætatis tempore mortis patris sui qui obiit tempore regni Regis nunc, et tunc Robertus Bozoun Ballivus Regis de Pecco seisivit in manum ipsius Regis terram prædictam. Et ipse Henricus Le Clop dedit eidem Roberto Ballivo decem marcas per sic quod esset ei in auxilio &c.; et ipse Robertus tunc eidem Henrico terram prædictam reddidit &c.: et quod idem Henricus habuit duos filios, videlicet, Robertum primogenitum et Johannem postnatum, et quod ipse Henricus obiit, filiis suis infra ætatem existentibus. Et dictus Robertus tunc Ballivus de Pecco iterato seisivit in manum Regis terram prædictam simul et corpus dicti Roberti filii et hæredis ipsius Henrici. Et postea quidam Ranulphus de Snyterton' dedit eidem Roberto Ballivo decem marcas, et ipse Robertus 'per hoc' liberavit eidem Ranulpho corpus dicti hæredis simul cum terra sua prædicta. Et postea ipse Robertus

filius Henrici obiit sine hærede de corpore suo, et dicta medietas descendit prædicto Johanni fratri ejusdem Roberti tanquam hæredi. Et quia idem Johannes infra ætatem est, Eschaetor Regis citra Trentam eandem medietatem seisivit in manum Regis, et sic eam tenet. Requisiti per quod servitium eadem medietas tenetur de Rege, dicunt quod per servitium reddendi per annum ad castrum Regis de Pecco unam marcam. Requisiti insuper si teneatur per aliquod servitium militare vel per consimilia servitia per quæ tenetur alia medietas de Derleye, quæ fuit Willielmi de Kendale nuper defuncti et est nunc in manu Regis nomine custodiæ per minorem ætatem hæredis ipsius Willielmi, dicunt quod tenetur per consimilia servitia per quæ alia medietas, excepto quod illa reddit per annum ad dictum castrum duos solidos plusquam ista, nec aliud inde sciunt &c. Sed dicunt quod boscus piscaria et unum molendinum in Derleye adhuc pertinent tam ad hæredem Roberti filii Henrici de quo nunc agitur quam Willielmi de Kendale pro indiviso.

De recordis coram eisdem Baronibus contentis in rotulo Memorandorum de anno 27°.

Ad quindenam Sancti Hilarii anno xxvii° capta fuit inquisitio coram Baronibus de terris et tenementis quæ Willielmus de Kendale tenuit in Derleye, per quam compertum est quod tempore Regis Henrici patris Regis nunc fuit balliva Regis de Alto Pecco per aliquod tempus in manu Willielmi de Scrop' tenentis tunc Comitis de Ferr', sed qualiter ignorant; et tunc temporis quidam Willielmus de Derleye, filius Roberti filii Nicholai de Derley, qui tenuit prædictam medietatem de Derleye obiit, Andrea filio et hærede ipsius Willielmi existente infra ætatem, per cujus minorem ætatem idem Comes seisiri fecit in manum suam terram prædictam, et custodiam inde usque ad legitimam ætatem dicti Andreæ una cum maritagio ejusdem contulit cuidam Thomæ de Gudesore tunc Senescallo ipsius Comitis de balliva prædicta; qui quidem Thomas maritavit ipsum Andream Amiciæ filiæ suæ, quæ adhuc superstes est, et idem Andreas genuit de ipsa Amicia quendam filium et hæredem, nomine Hugonem, et postea obiit idem Andreas, Hugone filio suo infra ætatem existente; et dictus Rex Henricus per quendam Willielmum de Horsingdon' tunc Ballivum suum de Pecco seisivit in manum suam terram prædictam propter minorem ætatem ipsius Hugonis, et usque ad legitimam ætatem ejusdem Hugonis ipse Rex contulit inde custodiam una cum maritagio Hugonis cuidam Willielmo de Grey pro bono servitio suo quod ipse Regi fecerat, et idem Willielmus custodiam et maritagium illa vendidit cuidam Ricardo de Launcecoumbe personæ ecclesiæ de Derleye qui maritavit dictum Hugonem cuidam Julianæ filiæ Rogeri de Buemynstr', de qua idem Hugo genuit quandam filiam, nomine Isabellam, quæ fuit infra ætatem tempore quo dictus Hugo obiit, per quod Johannes de Lond' tunc Senescallus de Pecco, sub domino Edwardo nunc Rege tunc ex assignatione patris sui habente ballivam de Pecco ad sustentationem suam, seisivit dictam terram in manum ipsius Edwardi et vendidit inde custodiam usque ad plenam ætatem prædictæ Isabellæ una cum maritagio ejusdem Ricardo de Launcecoumbe, qui ea vendidit Thomæ de Gratton' qui Willielmum filium suum maritavit eidem Isabellæ &c. Et ipsa obiit

sine hærede de corpore &c. Et dicta terra cum pertinentiis descendit cuidam Thomæ de Kendale consanguineo suo et hæredi, qui inde seisitus dedit eandem terram cum pertinentiis Willielmo de Kendale filio suo, patri prædictæ Aliciæ nunc infra ætatem et in custodia existentis. Derb'.

49. Albredus *alias* Alvredus de La Northgrave. *Inq. p. m.*

Johannes filius dicti Alvredi est ipsius hæres propinquior, et fuit ætatis quatuor annorum ad festum Sancti Michaelis anno regni Regis Edwardi vicesimo nono. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 6 *Edw. II. m.* 15.]

50. Walterus de Munemuth' *alias* Monemuth'. *Inq. p. m.*

Johannes filius dicti Walteri de Monemuth' est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis tredecim annorum ad festum Sancti Edwardi Regis proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 26° *die Octobris.*] Hereford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 3.]

51. Thomas de Hauvill' *alias* Havile. *Inq. p. m.*

Thomas de Hauvill', filius prædicti Thomæ de Hauvill' defuncti, est ejus propinquior hæres, et est ætatis viginti unius anni et amplius. Lincoln'.

Thomas filius prædicti Thomæ de Hauvile est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti quinque annorum et amplius. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 11.]

52. Hamo Le Parker. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Hamo Le Parker tenuit die quo obiit unum messuagium et quater-viginti acras terræ arabilis, *&c.* * quas quidem terras et tenementa idem Hamo adquisivit de quodam Johanne de Lovetot', tenenda et habenda dicto Hamoni et hæredibus de corpore suo exeuntibus, et si dictus Hamo obiisset sine hærede de corpore suo exeunte dicta terræ et tenementa Johanni fratri dicti Hamonis et hæredibus suis remanerent. Item dicunt quod idem Hamo tenuit quinque acras et unam rodam terræ, *&c.* * * quas quidem terras et tenementa prædicta quidam Willielmus Le Parker pater prædictorum Hamonis et Johannis adquisivit, tenenda et habenda sibi et Feliciæ uxori ejus et hæredibus suis. Postea prædictus Willielmus, 'qui supervixit,' dedit dicta terras et tenementa Hamoni Le Parker et hæredibus suis de corpore suo exeuntibus, et si prædictus Hamo sine hærede de corpore suo legitime procreato obiisset, ex tunc quod dicta terræ et tenementa prædicto Willielmo Le Parker et hæredibus suis imposterum remanere debent. * * Item iidem juratores dicunt quod prædictus Hamo Le Parker bastardus fuit natus ante matrimonium, et obiit sine hærede de se. Huntingdon'.

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod præfatus Hamo Le Parker nullas terras vel tenementa tenuit solus in dominico suo ut de feodo die quo obiit, sed dicunt quod idem Hamo et Anna uxor ejus conjunctim tenuerunt quendam redditum et alia proficua provenientia de

medietate villæ de Maldon' in comitatu Essex', die quo idem Hamo obiit, de domino Rege in capite per servitium quartæ partis feodi unius militis, per feoffamentum Johannis de La Launde aliquo tempore eisdem Hamoni et Annæ et eorum hæredibus inde factum. * * Dicunt etiam prædicti jurati quod prædictus Hamo et Anna uxor ejus conjunctim tenuerunt manerium de Tolleshunt in comitatu prædicto die quo idem Hamo obiit de domino Rege ut de honore Bolon', * per feoffamentum Hugonis de Essex' aliquo tempore eisdem Hamoni et Annæ et hæredibus ipsius Annæ inde factum. * * Dicunt etiam prædicti jurati quod terræ et tenementa supradicta remanere debent prædictæ Annæ et hæredibus suis imperpetuum juxta formam feoffamentorum prædictorum. Essex'.

Item, Inquisitiones de tenementis de quibus Willielmus Le Parker et alii feoffaverunt Hamonem Le Parker, tenendis sibi et hæredibus de corpore suo procreatis; quæ, si idem Hamo obiret sine hærede de corpore suo procreato, Johanni Le Parker filio et hæredi Willielmi Le Parker remanerent.

Prædictus Johannes Le Parker est propinquior hæres præfati Willielmi et plenæ ætatis. Huntingdon'.

Johannes Le Parker qui sequitur pro prædictis tenementis est plenæ ætatis. Huntingdon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 15.]

53. Ricardus Atte Hole *alias* de La Hole. *Inq. p. m.*

Rogerus de La Hole frater prædicti Ricardi est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti quinque annorum et amplius. Cornub'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 4.]

54. Johannes de Mulecastre *alias* Molecastre. *Inq. p. m.*

Item dicunt [juratores] quod prædictus Johannes de Molecastre habuit quendam fratrem antenatum, Benedictum nomine, qui quidem Benedictus mortuus est et habuit quandam filiam, nomine Aliciam, de uxore sua legitima genitam, quæ nata fuit in Scotia et ibi a tempore nativitatis suæ morata est, sed utrum sit vivens vel non ignorant, sed si vivens sit est ætatis viginti annorum et amplius et hæres prædicti Johannis de Molecastre propinquior; et si mortua sit prædicta Alicia, tunc dicunt quod Willielmus de Mulecastre avunculus prædictæ Aliciæ, frater prædicti Johannis de Molecastre, est hæres prædicti Johannis propinquior, qui est ætatis quadraginta annorum et amplius. Cumbr'.

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod prædictus Johannes de Mulecastre perquisivit sibi dictas terras et tenementa cum pertinentiis [in Threpland] de Michaele de Harcle tenenda sibi et hæredibus suis de corpore suo legitime procreatis. Ita quod si idem Johannes sine hærede de corpore suo legitime procreato obierit, tunc dictæ terræ et tenementa cum pertinentiis remanerent Thomæ de Mulecastre fratri dicti Johannis de Mulecastre et hæredibus ipsius Thomæ 'de corpore suo' legitime procreatis Et dicunt quod prædictus Johannes obiit sine hærede de corpore suo procreato. Et prædictus Thomas de

Mulecastre adhuc superstes est, et est ætatis triginta annorum et amplius. [*Inquisitio facta die Martis ante festum Sancti Bartholomæi Apostoli a° 30°.*] Cumbr'.

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod prædictus Johannes de Mulecastre perquisivit sibi dictas terras et tenementa cum pertinentiis [in Threpland] de Michaele de Harcla tenendam sibi et hæredibus suis de corpore suo procreatis. Ita quod si prædictus Johannes sine hærede de corpore suo procreato obierit, tunc dictæ terræ et tenementa cum pertinentiis remanerent Thomæ de Mulecastre fratri dicti Johannis de Mulecastre et hæredibus ipsius Thomæ legitime procreatis. Et si dictus Thomas de Mulecastre obierit sine hærede de corpore suo procreato, quod tunc dictæ terræ et tenementa cum pertinentiis remanerent Willielmo de Mulecastre fratri prædictorum Johannis et Thomæ et hæredibus ipsius Willielmi vel suis assignatis imperpetuum. Et prædicti Johannes de Mulecastre et Thomas de Mulecastre obierunt sine hæredibus de corporibus suis legitime procreatis. Et dicunt quod prædictus Willielmus de Mulecastre adhuc superstes est, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. [*Inquisitio facta die Sabbati in festo Apostolorum Petri et Pauli a° 31°.*] Cumbr'.

[*Vide a° 32° Edw. I. n° 16; et Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 10 *et m.* 1.]

55. Robertus de Craunford'. *Inq. p. m.*

Quidam Robertus de Craunford' est filius et hæres prædicti Roberti propinquior et de ætate triginta annorum et amplius. Oxford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 30 *Edw. I. m.* 2.]

56. Willielmus de Neyrford' *alias* Nerford'. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod Willielmus de Nerford' nullas terras vel tenementa tenuit de domino Rege in capite in dominico suo ut de feodo die quo obiit in comitatu Suffolc'; sed dicunt quod idem Willielmus et Petronilla uxor sua tenuerunt manerium de Wyssete de domino Rege in capite de honore Richemundiæ per servitium unius feodi militis, quod quidem manerium est de hæreditate Petronillæ uxoris prædicti Willielmi. * * Petronilla quæ fuit uxor prædicti Willielmi de Nerford' defuncti est hæres propinquior prædicti manerii, et est ætatis quadraginta annorum et amplius, quæ quidem Petronilla est et extitit per multum tempus in pacifica possessione prædicti manerii. Suffolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 16 *Edw. I. m.* 15.]

57. Rogerus filius Johannis. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Rogeri erit ætatis trium annorum ad festum Pentecostes anno regni Regis Edwardi tricesimo, et est ipsius Rogeri filii Johannis hæres propinquior. Hereford'.

Johannes filius prædicti Rogeri est propinquior hæres ejusdem Rogeri, et fuit ætatis trium annorum decimo nono die Aprilis ultimo præterito. [*Inquisitio facta* 11° *die Maii.*] Salop'.

58. *Extentæ et seisinæ ex parte Regis factæ de omnibus terris et tenementis Humfridi de Bohun Comitis Hereford', quæ idem Comes concessit, remisit et quietum clamavit Edwardo Regi Angliæ.*

59. Prior et Fratres Hospitalis Sancti Bartholomæi de Gloucestr'. *Inq. ad q. d.*

60. Willielmus But. *Inq. ad q. d.*

61. Johannes filius Alani de Welslete, *utlagatus pro morte Radulphi Capellani de Clughton'. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

62. Robertus de Holviston'. *Inq. ad q. d.*

63. Prior et Conventus Hospitalis Beatæ Mariæ de Magna Massingham. *Inq. ad q. d.*

64. Ricardus de Longeleye, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

65. Rogerus de Tudenham. *Inq. ad q. d.*

66. Hugo de Bromicroft, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Hugo de Bromicroft tenuit prædicta tenementa de Adam filio Adæ de Hoghton', fratre Ricardi de Hoghton' cujus hæres ipse est. * Dictus Hugo utlagatus fuit coram Hugone de Cressingham et sociis suis Justiciariis itinerantibus in comitatu Lancastr' anno regni Regis [Edwardi] prædicti vicesimo.

67. Abbas et Conventus de Tavistok' — *pro* Decano et Capitulo ecclesiæ Beati Petri Exon'. *Inq. ad q. d.*

68. Abbas et Conventus Beatæ Mariæ Ebor'. *Inq. ad q. d.*

69. De ecclesia de Waulington' in comitatu Hertford'.

Dicunt [juratores] quod Abbas de Sancto Albano nuper defunctus fuit verus patronus ecclesiæ prædictæ, et quod Rogerus ultimus prædecessor dicti Abbatis ultimo presentavit Galfridum Holoue clericum suum. * Dicunt etiam quod prædicta ecclesia vacat per mortem dicti Galfridi qui obiit septimo-decimo die Septembris anno 29°.

70. Willielmus de Sutton'. *Inq. ad q. d.*

71. Radulphus filius Willielmi — *pro* capella Beatæ Mariæ de Grymsthorp'. *Inq. ad q. d.*

72. Johannes de Bello Campo, de Somersete — *pro* capella Sancti Nicholai de Stoke subtus Hameldon'. *Inq. ad q. d.*

73. Johannes de Queordeboef' *alias* Querdeboef, *defunctus*, et Johanna quæ fuit uxor ejus.

Edwardus Dei gratia &c. Waltero de Gloucestr' Escaetori suo citra Trentam, Salutem. Licet per inquisitionem quam per vos fieri fecimus de terris et tenementis quæ fuerunt Johannis Queordeboef' defuncti, qui de nobis tenuit in capite, compertum sit quod Agnes soror ipsius Johannis est ejus hæres propinquior et plenæ ætatis; quia tamen datum est nobis intelligi quod Johanna quæ fuit uxor prædicti Johannis, die quo idem Johannes obiit, fuit prægnans et postmodum peperit partum vivum, per quod eidem Agneti terras et

tenementa prædicta adhuc reddere non valemus; volentes igitur super partu prædicto per vos plenius certiorari, vobis mandamus &c.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod præfata Johanna fuit prægnans die quo prædictus Johannes maritus suus obiit, et peperit partum mortuum apud Novum Mercatum, et ignorant cujusmodi 'partum' aut masculum aut fœminam, quia ille partus nunquam fuit visus de aliquo homine. Suffolc'.

[*Vide a° 27 Edw. I. n° 155.*]

74. Abbatissa de Tarente. *Inq. ad q. d.*

75. Johannes de Bello Campo—*pro* Ada de Bydyk' *alias* Bydwyk' et Johanna uxore ejus. *Inq. ad q. d. De manerio de Fulburne dimittendo.*

Non est ad damnum nec ad præjudicium domini Regis nisi in tantum, quod si dictus Johannes obierit infra terminum quod Adam de Bydwyk' habet in dicto manerio, videlicet, a festo Sancti Michaelis anno supradicto [30°] usque ad terminum trium annorum proximo sequentium, tunc dominus Rex amitteret valorem dicti manerii, quia hæres ipsius Johannis est infra ætatem. Cantebr'.

76. Petrus de Bumstede. *Inq. ad q. d.*

77. Radulphus filius Oliveri de Arundel. *De terris dicti Radulphi in manum Regis captis post mortem Edmundi nuper Comitis Cornub'.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Edmundus nuper Comes Cornub' tenuit terras et tenementa prædicta ad terminum vitæ suæ ex dimissione Rogeri de Inkepenne et Emelinæ uxoris suæ. Et dicunt quod prædicti Rogerus et Emelina uxor ejus dimiserunt terras et tenementa prædicta dicto Edmundo Comiti in anno regni Regis Edwardi octavo-decimo, 'pro arreragiis suis in quibus dicto Comiti tenebatur de tempore quo fuit senescallus suus comitatus prædicti.' Cornub'.

78. Willielmus filius Adæ Bateman. *Inq. ad q. d.*

79. Rogerus La Warre—*pro* Rogero de Stok' et Alicia uxore ejus. *Inq. ad q. d.*

80. Abbas de Mira Valle. *Inq. ad q. d.*

81. Johannes de Warenna Comes Surr'—*pro* Abbatissa et Monialibus ecclesiæ Beatæ Mariæ de Marham. *Inq. ad q. d.*

82. Robertus de Latthebury. *Inq. ad q. d.*

83. Prior et Conventus de Castelacre. *Inq. ad q. d.*

84. Executores testamenti Edmundi Comitis Cornubiæ. *Extenta et appretiatio terrarum et tenementorum quæ ipsi executores tenent in custodia de hæreditate Johannis filii et hæredis Rogeri de Moubray. Roysia quæ fuit uxor Rogeri de Moubray dotata est.* Leicestr'.

85. Prior et Conventus de Lenton'—*pro* Abbate et Conventu de Croxton'. *Inq. ad q. d.*

86. ROGERUS LE BYGOD COMES NORFOLC'. *Extenta de residuo manerii de Pesenhale ultra viginti libratas terræ et redditus de quibus idem Rogerus dudum feoffavit Nicholaum de Segrave.*

87. HENRICUS DE BLUNTESDON'—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE BRADENESTOK'. *Inq. ad q. d.*

88. PRIOR ET CONVENTUS ELIENS'. *De amotione et collatione officiariorum prioratus Eliens' tempore vacationis Episcopatus Eliens'.*

89. MARTHA QUÆ FUIT UXOR ROBERTI SAMPSON'—*pro* ECCLESIA BEATÆ MARIÆ DE LA RYE. *Inq. ad q. d.*

90. ROBERTUS DE CLIFFORD'. *Inq. ad q. d.*

91. RICARDUS DE RIPPLE, ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU ECCLESIÆ CHRISTI CANTUAR'. *Inq. ad q. d.*

92. ROBERTUS DE COKTHORP', ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU HOSPITALIS BEATÆ MARIÆ DE MAGNA MASSINGHAM. *Inq. ad q. d.*

93. WILLIELMUS DE WODESTON'—*pro* ABBATE ET CONVENTU REGALI LOCO JUXTA OXON'. *Inq. ad q. d.*

94. ALESIA DE LACY—*pro* ECCLESIA DE BERWYK' JUXTA ABERFORD'. *Inq ad q. d.*

95. *De ponte de Pokemulne in Magna Laufare reparando.* Essex'.

96. WILLIELMUS PECCHE *utlagatus* ET ROSA UXOR EJUS ET JOHANNES FILIUS EORUNDEM. *De manerio capto in manum Regis.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Willielmus Pecche et Rosa uxor ejus et Johannes filius eorundem conjunctim feoffati fuerunt de manerio de Baketon' cum pertinentiis de dono et concessione Julianæ Pecche, habendo et tenendo illis et hæredibus dicti Johannis, et quod prædicti Rosa et Johannes seisinam suam cum præfato Willielmo conjunctim continuaverunt a die Sancti Lucæ Evangelistæ anno regni Regis Edwardi vicesimo quinto, quo die feoffati fuerunt, usque in diem Circumcisionis Domini anno regni Regis Edwardi tricesimo, quo die utlagatus fuit dictus Willielmus.

Norfolc'.

97. JOHANNES DE HASTINGES. *De senescallia libertatis Sancti Edmundi quam Henricus de Hastinges pater ipsius Johannis et Henricus de Hastinges avus ejusdem Johannis tempore suo tenuerunt in feodo.*

98. HOMINES DE CUMBE ET EDMUNDUS DE WODESTOK'. *De communa pasturæ, &c. in foresta de Wichewode.*

99. DIONISIA DE MONTE CANISO ET ABBATISSA ET SORORES DE WATERBECHE. *Inq. ad q. d. De libertatibus in manerio de Waterbeche.*

100. RICARDUS DE WEYLOND' ET JULIANA UXOR EJUS. *De non respondendo coram custode Quinque Portuum super debitis contractibus aut transgressionibus infra Baroniam de Folkestan' de qua ipsi Ricardus et Juliana tenent tertiam partem de Rege in capite.*

101. *De inquirendo si sit ad commodum Regis si stipites arborum in foresta de Galtres prostratarum venditioni exponerit, necne. Magister et Fratres hospitalis Sancti Leonardi Ebor' semper hactenus habuerunt illos stipites.*

102. JOHANNES LE PAUMER *alias* PALMER ET ALICIA UXOR EJUS — *pro* CAPELLA SANCTÆ MARIÆ DE HETHEBECHEBRIGGE. *Inq. ad q. d.*

103. ROBERTUS DE CARLETON' — *pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*

104. WILLIELMUS DE HAUTE — *pro* CAPELLA SANCTI EDMUNDI DE WADENHALE — *pro anima Julianæ quondam uxoris ipsius Willielmi. Inq. ad q. d.*

105. ABBAS DE MIRA VALLE. *Inq. ad q. d.*

106. WILLIELMUS DE BOYTON' ET MARGERIA UXOR EJUS — *pro* WILLIELMO FILIO WILLIELMI DE BOYTON'. *Inq. ad q. d.*

Non est ad damnum neque præjudicium domini Regis si dominus Rex concedat prædicto Willielmo quod ipse dare possit et concedere Willielmo filio Willielmi de Boyton' prædicta tenementa [in Veteri Neuton'], ut prædictum est, quia idem Willielmus filius Willielmi est filius suus proximus hæres et plenæ ætatis. Suffolc'.

107. NICHOLAUS WALRAND DE BLUNTESDON'—*pro* ABBATISSA ET MONIALIBUS DE GODESTOWE. *Inq. ad q. d.*

108. PETRUS DE BLOCKELEYE, ET ALII — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE COVENTR'. *Tres Inq. ad q. d., de annis* 29° *et* 30°.

109. HENRICUS DE LACY COMES LINCOLN' — *pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIÆ BEATÆ MARIÆ LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*

110. HENRICUS DE PYNKENY—*pro* JOHANNE DE UFFORD'. *Inq. ad q. d.*

111. WALTERUS DE AGMODESHAM — *pro* SARRA ATTENESSHE ET THOMA DE WOUBURNE. *Inq. ad q. d.*

112. ROGERUS BACUN, ET ALII—*pro* ABBATE ET CONVENTU SANCTI JOHANNIS BAPTISTÆ COLECESTR'. *Inq. ad q. d.*

113. CUSTOS DOMUS SANCTI SPIRITUS DE WRITELE. *De terris adquisitis ad manum mortuam.*

114. HENRICUS DE LACY COMES LINCOLN'— *pro* PRIORE DE CASTELACRE — *pro capella in ecclesia de Sutton' in Holand'. Inq. ad q. d.*

115. WILLIELMUS LE YUNGEMAN *alias* YONGEMAN — *pro* PRIORISSA ET MONIALIBUS DE CLERKENWELL'. *Inq. ad q. d.*

116. JOHANNES DE ELLESFELD' *alias* ELSEFELD'— *pro* ABBATE ET CONVENTU DE ABYNDON'. *Inq. ad q. d.*

117. JOHANNES DE RIPARIIS—*pro* THOMA DE PRIDIAS. *Inq. ad q. d.*

118. *De vasto et destructione in terris quæ sunt de hæreditate Edwardi filii et hæredis Philippi Burnel defuncti, infra ætatem et in custodia Regis existentis, factis per Guncelinum de Badlesmere jam defunctum cui Rex custodiam earundem terrarum commisit.*

119. Rogerus filius Petri filii Osberti et Katherina uxor ejus et Johannes Blome. *Inq. ad q. d.*

120. *De inquirendo si maneria de Brummore et Lymyngton' sint et esse consueverint de pertinentiis manerii Christi Ecclesiæ de Twynham, de quo Isabella de Fortibus nuper Comitissa Albemarliæ, soror et hæres Baldewini ultimi Comitis Devon', Regem feoffavit, necne.*

121. Robertus Le Brut, et alii—*pro* Priore et Conventu de Bradenestok'. *Inq. ad q. d.*

122. Willielmus de Hamelton' Decanus Ebor' et Johannes de Merkyngfeld'—*pro* persona ecclesiæ de Brayton'. *Inq. ad q. d.*

123. Johannes de Lenham—*pro* Abbate et Conventu de Bello Loco Regis. *Inq. ad q. d.*

124. Walterus Launcel et Ricardus de La Putte—*pro* Priore et Conventu de Seleburne. *Inq. ad q. d.*

125. *De antiqua extenta pasturæ in Pecco quæ vocatur Fairfeld.*

126. Walterus de Chiltenham persona ecclesiæ de Saperton'—*pro* Abbate et Conventu de Cirencestr'. *Inq. ad q. d.*

127. Adam de Twynham—*pro* Priore et Conventu de Cruce Roesiæ. *Inq. ad q. d.*

128. Subprior et Conventus de Priterwelle. *De custodia Prioratus de Priterwelle et administratione omnium ad illum spectantium in vacationibus ejusdem Prioratus.*

129. Rogerus La Zouche—*pro* capella Beati Petri de Lubesthorp'. *Inq. ad q. d.*

130. Robertus de Colevill' *alias* Collevil', *hæres Willielmi de Colevill' fratris sui primogeniti jam defuncti. De terris quas dictus Willielmus de Colevill' in liberum maritagium dedit Philippo de Colevill' fratri suo postnato jam defuncto et Agneti uxori ejus et hæredibus de corporibus corundem exeuntibus; quæ quidem Agnes Henrico de Haliburton' Scoto inimico et rebelli Regis desponsata jam existit et quæ cum eo in partibus Scotiæ moram fecit per quatuor annos contra pacem et fidem domini Regis.*

131. Robertus de Bures *alias* Burys et Alicia uxor ejus et Jacobus frater ejusdem Roberti. *Inq. ad q. d.*

132. Willielmus Le Parker—*pro* Priore et Conventu ecclesiæ Christi Cantuar'. *Inq. ad q. d.*

133. Henricus de Ledes, et alii—*pro* Priore ecclesiæ Christi Cantuar'. *Inq. ad q. d.*

134. Willielmus Cyfrewast *alias* Sifrewast—*pro* Henrico Buscre de Malynes et Cecilia uxore ejus. *Inq. ad q. d.*

135. Prior et Conventus de Bermondeseye—*pro* Thoma Romeyn et Juliana uxore ejus. *Inq. ad q. d.*

136. Dominus Rex—*pro* Johanne filio Thomæ de Wintrinton'. *Inq. ad q. d.*

137. ROBERTUS DE TRUMPETON'—*pro* LAURENTIO DE STODHAM ET ANNA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*

138. ROGERUS FILIUS REMIGII DE POKELINGTON'—*pro* CAPELLA DE POKELINGTON'. *Inq. ad q. d.*

139. MATILDA QUÆ FUIT UXOR RICARDI BATAILLE—*pro* AUFRIDO DE STANTON' NEPOTE ET HÆREDE SUO. *Inq. ad q. d.*

140. JOHANNES DE PRATELL'—*pro* ABBATISSA ET MONIALIBUS DE GODESTOWE. *Inq. ad q. d.*

141. PETRUS DE SUTHCHERCHE, ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU ECCLESIÆ CHRISTI CANTUAR'. *Inq. ad q. d.*

142. JOHANNES LE MARESCHAL ET RICARDUS LE NOBLE—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS BAPTISTÆ EXTRA NOVAM PORTAM DUBLIN'. *Inq. ad q. d.*

*143. JOHANNES DE CRAYSTOK'—*pro* JOHANNE DE BOVINGTON'. *Inq. ad q. d.*

*144. JOHANNES FILIUS JOHANNIS DE MERIET. *Extenta terrarum et tenementorum quæ idem Johannes tenet de hæreditate quæ fuit prædicti Johannis patris sui.*

*145. *Extenta terræ &c. unde Agatha quæ fuit uxor Bernardi de Brus in Curia Regis clamat tertiam partem in dotem versus Priorem de Repyngdon', et unde idem Prior vocat Bernardum filium et hæredem Bernardi de Brus, in custodia Roberti de Brus senioris existentem, qui nullam terram habet in comitatu Derb' ad warantum versus eam.*

*146. JOHANNES FILIUS ET HÆRES WALTERI DE AURE *defuncti. Probatio ætatis capta die Dominica post festum Sancti Edwardi.*

Ricardus Le Wyte de Aure ætatis quadraginta annorum, juratus et separatim per se examinatus si quid sciat de ætate dicti Johannis, dicit quod idem Johannes natus fuit apud Aure in comitatu prædicto et in ecclesia Sancti Andreæ ejusdem villæ baptizatus, et quod fuit ætatis viginti quatuor annorum ad festum Sanctæ Trinitatis ultimo præteritum. * * * *. Gloucestr'.

*147. JOHANNES FILIUS JOHANNIS DE MERIET *defuncti*, ET ROGERUS BASSET ET ELA UXOR EJUS. *Extensio et appretiatio terrarum et tenementorum quæ dicti Rogerus et Ela tenent in dotem ipsius Elæ de hæreditate prædicti Johannis de Meriet filii et hæredis Johannis de Meriet.* Somerset'.

†148. FULCO DE LUCY. *Inq. p. m.*

Willielmus de Lucy est filius et hæres prædicti Fulconis propinquior et ætatis viginti sex annorum. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 11.]

†149. WILLIELMUS BERCHOT' *alias* BERCHAUDE. *De statu ipsius Willielmi, et de terris suis.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod de persona Willielmi Berchaud nihil sciunt et utrum sit idiota vel non ignorant, quia

ipsum nunquam viderunt eo quod in partibus Holdernessiæ in comitatu Ebor' moratus est idem Willielmus a tempore nativitatis suæ. Dicunt tamen quod idem Willielmus est idiota a tempore nativitatis suæ sicut audiverunt dici, verumtamen per inspectionem corporis sui hoc eis non constat. Item dicunt quod Johannes de Danethorp qui fuit idiota a tempore nativitatis suæ fuit avunculus prædicti Willielmi, cujus Johannis idem Willielmus filius Aliciæ unius sororum prædicti Johannis et Johanna filia Margeriæ alterius sororum dicti Johannis, quæ est plenæ ætatis et discreta, sunt propinquiores hæredes. Et dicunt quod ratione fatuitatis dicti Johannis dominus Rex commiserat Adæ Le Wayte custodiam terrarum et tenementorum ipsius Johannis hæreditariorum in Alenburgh' in comitatu Cumbr', quæ quidem terræ et tenementa per mortem prædicti Johannis capta fuerunt in manum domini Regis ad festum Sancti Nicholai proximo præteritum per mortem prædicti Johannis qui tunc obiit. Cumbr'.

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod Willielmus Berchaude est idiota continue a nativitate sua, nec compos mentis suæ nec sufficiens est ad regimen terrarum suarum. Ebor'.

[*Vide n°* 24 *hoc anno.*]

†150. Johanna quæ fuit uxor Reginaldi filii Petri (filia Matildæ de Kyme). *De terris et tenementis quæ ipsa tenet in feodo de hæreditate sua vel alio modo.*

†151. Willielmus de Mortuo Mari Canonicus ecclesiæ Beati Ethelberti Hereford'—*pro* Isabella de Mortuo Mari. *Inq. ad q. d.*

†152. Malculmus Musard'—*pro* Abbate et Conventu de Evesham. *Inq. ad q. d.*

31° *Edw. I.*

1. Johannes de Scalariis. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Rosia quondam uxor prædicti Johannis de Scalariis 'dotatur' de tertia parte omnium terrarum et tenementorum prædictorum; et quod Theobaldus de Scalariis 'frater prædicti Johannis' est nunc propinquior hæres ejusdem Johannis de Scalariis, et est ætatis quadraginta annorum. Cantebr'.

2. Alicia de Cycestr'. *Inq. p. m.*

Willielmus filius Roberti Hubert de Aslakeby, 'consanguineus prædictæ Aliciæ,' est propinquior hæres Aliciæ de Cycestr', et est ætatis triginta annorum et amplius. Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 9.]

3. Isabella de Badewe. *Inq. p. m.*

Edmundus de Badewe filius prædictæ Isabellæ est ejus propinquior hæres et ætatis triginta annorum. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 14.]

4. HAMO BELER, *qui tenuit de hærede Rogeri de Moubray infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Radulphus Beler filius prædicti Hamonis est hæres ejusdem Hamonis propinquior et ætate triginta trium annorum. Leicestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 11.]

5. PHILIPPUS BADRON *alias* BADEROUN, DE AURE. *Inq. p. m.*

Johannes Baderoun filius prædicti Philippi est hæres ejus propinquior, et est ætatis viginti trium annorum et amplius. Gloucestr'.

6. JOHANNES DE BRAUNCEWELLE, *qui tenuit de hærede Eliæ de Rabayn infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Johannes de Brauncewelle 'filius prædicti Johannis' est propinquior hæres dicti Johannis, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 9.]

7. LAURENTIUS DE ABBETOT [*alias* DABBETOT]. *Inq. p. m.*

Idem Laurentius tenuit die quo obiit tenementa subscripta 'in . . . . . .' de domino Rege in capite per legem Angliæ de hæreditate Luciæ quondam uxoris suæ defunctæ. * * Cecilia primogenita, 'quam Thomas de Holford' duxit in uxorem,' et Sibilla secundo genita, filiæ prædictæ Luciæ, sunt ipsius Luciæ hæredes propinquiores. Et est dicta Cecilia ætatis triginta sex annorum, et dicta Sibilla triginta unius anni. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 16.]

8. SIMON SPIGURNEL *alias* SPIGOURNEL. *Inq. p. m.*

Idem Simon Spigournel et Margeria uxor ejus tenuerunt in Shirinton' die quo idem Simon obiit 42 acras terræ cum pertinentiis per quandam chartam feoffamenti Magistri Henrici de Insula, qui eandem terram tenuit de domino Rege in capite per servitium militare, et inde eosdem Simonem et Margeriam feoffavit conjunctim sibi et hæredibus eorum vel eorum assignatis. * * Dominus Henricus Spigourne. miles est propinquior hæres ejusdem Simonis, et est plenæ ætatis. Buckingham'.

9. ROGERUS DE BURTON'. *Inq. p. m.*

Rogerus de Burton' filius dicti Rogeri est hæres dicti Rogeri defuncti 'propinquior,' et fuit ad festum Translationis Sancti Benedicti Abbatis proximo præteritum triginta sex annorum. Ebor'.

Dictus Rogerus tenuit 'die quo obiit in dominico suo ut de feodo,' de Nicholao filio Milonis de Stapelton' consanguineo et altero hæredum Laderanæ quæ fuit uxor Johannis de Bella Aqua dudum defunctæ, quæ de domino Rege tenuit in capite, et in custodia ipsius Regis existente, tres acras et dimidiam prati in villa de Karleton'. * Dictus Rogerus 'die quo obiit' tenuit de Auchero 'filio Henrici' et Johanna uxore ejus, altera hæredum prædictæ Laderanæ, tres acras et dimidiam prati in prædicta villa. * Rogerus filius prædicti domini Rogeri de Burton' est hæres ejus propinquior, et est ætatis quadraginta annorum.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 6.]

10. ROBERTUS DE CROKEDAYK' *alias* DEL CROKEDHAIK. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod dictus Robertus del Crokedaik die quo obiit tenuit quasdam terras et quædam tenementa cum pertinentiis in Magna Waverton' de domino Rege in capite, ut de manerio de Parva Waverton' quod est in manu domini Regis per mortem Johannis de Mulcastre et per forisfacturam Aliciæ filiæ Benedicti de Mulcastre propinquioris hæredis prædicti Johannis, quæ quidem Alicia moratur in Scotia in societate Scottorum rebellium et inimicorum domini Regis. * * Item dicunt quod Agnes uxor Roberti del Dykes soror prædicti Roberti del Crokedaik et Christiana altera soror prædicti Roberti del Crokedaic sunt propinquiores hæredes prædicti Roberti del Crokedaic. Et dicunt quod prædicta Agnes est ætatis viginti quatuor annorum; et dicta Christiana est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Cumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 10 *et m.* 5.]

11. JOHANNES DE DOUNE. *Inq. p. m.*

Johannes de Doune tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit quædam tenementa apud La Doune in comitatu Devoniæ de manerio de Hurburton' per servitium militare, 'quod quidem manerium in manu Regis per mortem Reginaldi de Valle Torta existit quia hæredes ipsius Reginaldi jus suum inde nolunt vendicare.' * * Walterus filius dicti Johannis est proximus hæres ejusdem, qui fuit in festo Sancti Gregorii proximo præterito ætatis quatuordecim annorum. Devon'.

12. *De anno* 30 *Edw. I. n°* 148.

13. RICARDUS DE REDLEYE *alias* REDLEE. *Inq. p. m.*

Petrus de Redlee filius Ricardi de Redlee est ejus filius et hæres propinquior, et est ætatis viginti quatuor annorum. Essex'.

14. ROBERTUS PAKEMAN. *Inq. p. m.*

Simon Pakeman filius prædicti Roberti Pakeman est propinquior hæres ejusdem Roberti et ætatis viginti octo annorum. Leicestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 15.]

15. THOMAS DE DERWENTWATER. *Inq. p. m.*

Johannes de Derewentwatre filius prædicti Thomæ de Derewentwatre est propinquior hæres prædicti . . . . . ginta [triginta ?] annorum et amplius. Cumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 9.]

16. *De anno* 30 *Edw. I. n°* 149.

17. WALTERUS DE CORRY *alias* CORRI. *Inq. p. m.*

Walterus de Corri, filius prædicti Walteri de Corri defuncti, est propinquior hæres ejusdem Walteri, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Cumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 10.]

18. Thomas de Burnham. *Inq. p. m.*

Alicia de Burnham est soror et hæres propinquior præfati Thomæ, et ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 4.]

19. Willielmus de Chiltone. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod prædictus Willielmus de Chiltone nihil tenuit de domino Rege in capite die quo obiit per legem Angliæ de hæreditate Isabellæ uxoris suæ defunctæ; sed dicunt quod prædictus Willielmus die quo obiit tenuit quasdam terras et tenementa de hæreditate Isabellæ uxoris suæ in manerio de Weveringe de hærede Roberti de Hugham qui infra ætatem est et in custodia domini Regis. * * Isabella et Sarra filiæ prædictorum Willielmi et Isabellæ sunt hæredes prædictæ Isabellæ propinquiores, et Isabella est de ætate sexdecim annorum et Sarra de ætate quatuordecim annorum. Cant'.

Prædictus Willielmus tenuit quasdam terras et tenementa in dominico suo ut de feodo die quo obiit in hundredo prædicto [de Wengham] de domino Roberto Archiepiscopo Cantuar' in Gavelekynde apud Chiltone. * * Isabella et Sarra filiæ prædictorum Willielmi et Isabellæ sunt eorum hæredes propinquiores, et Isabella est de ætate sexdecim annorum, et Sarra est de ætate quatuordecim annorum. Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 15.]

20. Thomas de Gatesdenne. *Inq. p. m.*

Prædictus Thomas nihil tenuit die quo obiit in dominico suo ut de feodo de domino Rege in capite; sed tenuit quartam partem manerii de Boctone Alulphi, de hæreditate Idoniæ uxoris ejus adhuc superstitis 'et plenæ ætatis,' de domino Rege in capite ut de honore Bononiæ. * * Stephanus filius prædicti Thomæ de Gatesdenne est hæres ejusdem Thomæ propinquior et de ætate viginti octo annorum. Cant'.

Stephanus filius prædicti Thomæ est hæres ejus propinquior et ætatis viginti octo annorum et maritatus. Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 15 *Edw. I. m.* 17.]

21. Simon Le Hauekere. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Simonis est hæres propinquior prædicti Simonis, et fuit ætatis novemdecim annorum ad festum Sancti Martini ultimo præteritum. Huntingdon'.

22. Agnes quæ fuit uxor Johannis de Essex'. *Inq. p. m.*

Dicunt juratores per sacramentum suum quod Agnes quæ fuit uxor Johannis de Essex' tenuit tenementa inferius scripta die obitus sui in villa de Radeswell' in dotem, de hæreditate prædicti Johannis viri sui, de domino Rege in capite ut de honore Bononiæ. * Et dicunt quod prædictus Johannes de Essex' obiit die Sabati proxima ante festum Sancti Martini anno regni Regis Edwardi decimo octavo, post cujus obitum prædicta Agnes uxor ejus recepit prædictas terras et tenementa in dotem. * Et dicta Agnes tenuit

prædictas terras et tenementa usque diem Mercurii proximo post festum Epiphaniæ Domini hoc anno, quo die ipsa obiit, post cujus obitum Johannes de Essex', filius dictorum Johannis et Agnetis qui se dicit esse hæredem, ingressus fuit in eisdem terris et tenementis et tenuit eadem usque tricesimum diem Januarii eodem anno per tres septimanas, quo die prædicta tenementa capta fuerunt in manus Domini Regis per Eschaetorem. * Et prædicti juratores dicunt quod prædictus Johannes de Essex' est filius et hæres propinquior prædictorum Johannis de Essex' et Agnetis, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 14.]

23. JOHANNES PASSEMER. *Inq. p. m.*

Prædictus Johannes Passemer obiit die Jovis proxima ante festum Conversionis Sancti Pauli anno supradicto [31°] * * Idem Johannes tenuit in Ulram de hæredibus Johannis de Frismerays, in liberum maritagium cum Clementia uxore sua, redditum 13*s.* 4*d.* * * Isabella uxor Willielmi Sturmy, Margareta uxor Hugonis Sturmy et Beatrix uxor Henrici Tayllour, sunt filiæ et propinquiores hæredes ipsius Johannis, et prædicta Isabella est ætatis viginti octo annorum, Margareta est ætatis viginti sex annorum, et Beatrix est ætatis viginti annorum et amplius. Ebor'.

Item, Breve et Inquisitio de anno 32° *de tenementis in villa de Hedon' quæ idem Johannes defunctus in ultima sua voluntate legavit prædictæ Margaretæ filiæ suæ uxori Hugonis Sturmy habenda eidem Margaretæ et hæredibus suis imperpetuum. Dictus Hugo Sturmy infra ætatem est.*

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 5.]

24. THOMAS DEWY. *Inq. p. m.*

. . . . d [David?] Dewy filius dicti Thomæ est proximus hæres ejusdem Thomæ et ætatis tredecim annorum et dimidii. Cornub'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 8.]

25. JOHANNES DE LISTON'. *Inq. p. m.*

Johannes de Liston' filius prædicti Johannis est ejus hæres propinquior et ætatis viginti quinque annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 2; *et* 32 *Edw. I. m.* 12.]

26. HENRICUS DAYREL. *Inq. p. m.*

Idem Henricus et Alicia uxor ejus conjunctim tenuerunt die quo idem Henricus obiit manerium de Haneworth' in comitatu prædicto de dono Christinæ filiæ Alexandri de Hamden, tenendum eisdem Henrico et Aliciæ et hæredibus quos idem Henricus de corpore ipsius Aliciæ procreaverit, de capitalibus dominis feodi illius per servitia quæ ad illud manerium pertinent, per quendam finem inter eos levatum coram Johanne de Berewyk' et sociis suis Justiciariis in comitatu prædicto itinerantibus, videlicet, anno Regis Edwardi nunc vicesimo secundo. * * Henricus filius ejusdem Henrici est hæres ejusdem Henrici propinquior, et erit ætatis sexdecim annorum ad festum Pentecostes proximo venturum. [*Inquisitio capta* 6° *die Martii.*] Middlesex'.

27. PETRUS DE CHAUMPNENT *alias* CHAMPNENT. *Inq. p. m.*

Prædictus Petrus et Agnes uxor ejus conjunctim tenuerunt die quo obiit manerium de Ofham ex dimissione Willielmi Sturmy, tenendum prædictis Petro et Agneti et hæredibus prædicti Petri. * * Johannes de Chaumpnent filius prædicti Petri est hæres ejusdem propinquior et ætatis triginta annorum et amplius. Sussex'.

28. HERBERTUS DE SANCTO QUINTINO. *Inq. p. m.*

Herbertus de Sancto Quintino filius Herberti de Sancto Quintino junioris est ejus hæ . . . . . tate septendecim annorum. Wiltes'.

Herbertus nepos prædicti Herberti defuncti, filius Herberti filii prædicti Herberti defuncti, est hæres propinquior prædicti Herberti, et fuit ætatis decem et octo annorum die Purificationis Beatæ Mariæ proximo præterito. [*Inquisitio facta* 8° *die Maii.*] Ebor'.

29. RADULPHUS DE BOXSTED'. *Inq. p. m.*

Petrus de Boxsted' est filius et hæres propinquior prædicti Radulphi de Boxsted', et est ætatis . . . . . annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 15.]

30. THOMAS DE NEVILL'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod dictus Thomas de Nevill' obiit die Dominica in festo Sancti Mathiæ Apostoli anno regni Regis Edwardi tricesimo primo. Et dicunt quod Johannes filius Stephani de Nevill', consanguineus prædicti Thomæ de Nevill', est propinquius hæres ipsius Thomæ et de ætate quadraginta annorum et amplius. Roteland'.

Dicunt etiam [juratores] quod præfatus Thomas tenuit die quo obiit quædam tenementa per feodum talliatum de Episcopo Lincoln' in capite in eadem villa de Driestok' per servitium supradictum una cum terris supradictis de dono et feoffamento Roberti de Nevill' patris sui, tenenda sibi et hæredibus suis de corpore suo legitime procreatis; et si idem Thomas obiret sine hærede de se legitime procreato quod eadem tenementa remanerent Thomæ de Nevill' fratri dicti Roberti de Nevill' patris dicti Thomæ de Nevill' defuncti, tenenda sibi et hæredibus suis et assignatis. * * Item dicunt quod Theobaldus de Nevill' filius Petri de Nevill', consanguineus prædicti Thomæ de Nevill' defuncti, filii Roberti de Nevill' fratris prædicti Petri, est propinquior hæres ejusdem Thomæ de sanguine si lex permittat, eo quod prædictus Petrus de Nevill' pater prædicti Theobaldi utlagatus fuit per considerationem Curiæ domini Regis. Et dicunt quod prædictus Theobaldus est ætatis triginta annorum et amplius, sed ignorant si prædicta utlagaria sit præjudicialis dicto Theobaldo vel aliis consanguineis dicti Thomæ de Nevill' quoad dictam hæreditatem possidendam quia plures sunt consanguinei dicti Thomæ de Nevill' defuncti ex parte patris. Roteland'.

Thomas de Nevill' filius Hasculphi de Nevill' est avunculus et hæres præfati Thomæ propinquior secundum consuetudinem villæ de Stanford' supradictæ et ætatis quadraginta annorum. Lincoln'.

Dicunt [juratores] quod Theobaldus filius Petri de Nevill' consanguineus prædicti Thomæ est propinquior hæres ejusdem Thomæ si lex permitteret, et est ætatis triginta annorum et amplius. Sed dicunt quod prædictus Petrus pater prædicti Theobaldi per considerationem Curiæ domini Regis utlagatus fuit. Et dicunt quod Johannes filius Stephani de Nevill' fratris prædicti Petri et consanguineus prædicti Thomæ est propinquior hæres ejusdem Thomæ post prædictum Theobaldum si lex permittat.

Est etiam Breve de anno 32°, *viz.*,

Edwardus Dei gratia &c. Waltero de Gloucestr' Eschaetori suo ultra Trentam, salutem. Cum venerabilis pater J. Lincoln' Episcopus nuper post mortem Thomæ de Nevill' defuncti, asserens quasdam terras et quædam tenementa in Dryestok' quæ idem Thomas tenuit de præfato Episcopo die quo obiit, et quæ simul cum aliis terris et tenementis, quæ de nobis tenuit in capite die obitus sui, prout moris est capi fecimus in manum nostram, ad ipsum Episcopum nomine eschaetæ tanquam ad capitalem dominum illius feodi pertinere, petierit a nobis terras et tenementa illa sibi reddi; ac per inquisitionem, quam per vos de terris et tenementis prædictis fieri fecimus, accepimus quod Theobaldus de Nevill' est consanguineus et hæres propinquior ejusdem Thomæ, si lex permittat, et ex parte ejusdem Theobaldi nobis fuisset supplicatum ne terras et tenementa illa præfato Episcopo in ipsius Theobaldi, ipso in obsequio nostro in partibus Scotiæ existente, præjudicium redderemus: Nos partibus prædictis justitiam volentes fieri in hac parte, vobis mandamus quod tam præfato Theobaldo quam Johanni de Nevill' alteri consanguineo ipsius Thomæ, in terris et tenementis illis jus hæreditarium habere clamantibus, scire faciatis quod sint coram nobis et consilio nostro apud Ebor' a die Paschæ proximo futuræ in tres septimanas, quem diem præfato Episcopo præfiximus, facturi et recepturi quod curia nostra consideraverit in hac parte. *Teste* &c. 30 *die Januarii a*° 32°.

31. Rogerus de Huntingfeld' *alias* Huntingfeud'. *Inq. p. m.*

Idem Rogerus et Joyusa uxor ejus conjunctim tenuerunt manerium de Suthorp' de Rogero de Pedewardyn et Alicia uxore ejus per servitium quartæ partis feodi unius militis, ex feoffamento Simonis de Ellesworth' qui ipsos Rogerum et Joyusam et hæredes de ipsis exeuntes conjunctim feoffavit de prædicto manerio. * * Willielmus filius dicti Rogeri de Huntingfeld' est propinquior hæres ipsius Rogeri, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Lincoln'.

Prædictus Rogerus de Huntyngfeud cum Jocosa uxore sua conjunctim tenuerunt manerium de Huntyngfeld' die quo idem Rogerus obiit de dono et feoffamento Simonis de Ellesworth', tenendum præfatis Rogero et Jocosæ et hæredibus ipsius Rogeri. Suffolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 15.]

32. JOHANNA LA BOTILLER' *alias* BUTILERE. *Inq. p. m.*

Præfata Johanna La Botelere obiit die Jovis proxima ante festum Paschæ anno supradicto [31°]. Et ejus hæres propinquior est Edmundus Le Botelere, et est ætatis triginta annorum et amplius, ut dicunt. Southampton'.

Edmundus Le Botiller filius dictæ Johannæ La Botillere est proximior hæres ejus et ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 10.]

33. ROBERTUS DE CHAUNDOS *alias* CHANDOS. *Inq. p. m.—lacerata et deleta.*

. . . . . .

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 18. Rex cepit homagium Rogeri filii et hæredis Roberti de Chaundos defuncti de omnibus terris et tenementis quæ idem Robertus pater suus de Rege tenuit in capite die quo obiit, et ei terras illas et tenementa Rex reddidit: * * salva Aliciæ quæ fuit uxor præfati Roberti rationabili dote sua * .]

34. SALOMON *alias* SALAMON DE CHANUZ. *Inq. p. m.*

Prædictus Salamon tenuit die quo obiit de domino Rege in capite quoddam tenementum apud Ceperlond' et Atterton' per servitium tenendi caput ipsius domini Regis quotienscumque transfretaverit in partibus transmarinis. * * Johanna quæ est uxor Radulphi de Cheker' [del Escheker *in Rot. Fin.*], Margeria et Matilda, filiæ prædicti Salamonis, sunt hæredes ejus propinquiores, et est Johanna ætatis viginti quinque annorum, Margeria ætatis viginti annorum et Matilda ætatis septem annorum. *Tenuit etiam diversa tenementa in Gavelkinde.* Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 15.]

35. *Extenta manerii de Sweyneston' in Insula Vecta.*

36. ROGERUS FILIUS ROGERI DE BURGHHULL' *alias* BOURHULL'. *Inq. p. m.*

Rogerus filius Rogeri de Bourhull' est hæres ejus propinquior, et de ætate dimidii anni et non amplius. Gloucestr'.

Rogerus filius Rogeri de Bourhull' et Juliana uxor ejus perquisiverunt conjunctim tenementa subscripta de Magistro Johanne de Chaundos, prædictis Rogero et Julianæ et hæredibus quos idem Rogerus de corpore ipsius Julianæ procreaverit. Et si prædictus Rogerus obierit sine hærede de corpore ipsius Julianæ procreato tunc post decessum utriusque ipsorum Rogeri et Julianæ prædicta tenementa cum pertinentiis remanerent rectis hæredibus ipsius Rogeri. * Tenuerunt prædicta tenementa in villa de Dunhatherleie de Johanne Giffard qui est in custodia domini Regis ratione minoris ætatis ipsius Johannis. * * Rogerus filius prædicti Rogeri de Bourhull' et prædictæ Julianæ est hæres ejus propinquior et de ætate dimidii anni et non amplius. Gloucestr'.

37. EGIDIUS DE PLAYS *alias* PLEIZ *alias* PLAYZ. *Inq. p. m.*

Ricardus de Playz filius prædicti Egidii est ejus hæres propinquior, et est ætatis sex annorum. Cantebr'.

Ricardus filius Egidii de Playz propinquior hæres ejus est, et ætate septem annorum et amplius. Norfolc'.

38. JOHANNES MAUNDUT *alias* MAUDUYT. *Inq. p. m.*

Johannes Mauduyt nepos prædicti Johannis Mauduyt defuncti est ejus propinquior hæres, et est de ætate viginti et unius anni et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 17.]

39. NICHOLAUS DE CRIEL. *Inq. p. m.*

Nicholaus filius prædicti Nicholai de Criell' est ejus propinquior hæres et de ætate viginti annorum et quadraginta quinque septimanarum. Cant'.

40. ROBERTUS DE TATESHALE. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Robertus filius prædicti Roberti de Tateshale defuncti est ejus hæres propinquior et ætatis tredecim annorum et amplius. Et dicunt quod dictus Robertus de Tateshale obiit die Dominica proxima post festum Sancti Petri ad Vincula eodem anno [31°]. Leicestr'.

Robertus filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejusdem et fuit ætatis quindecim annorum ad festum Sancti Edwardi ultimo præterito. [*Inquisitio facta die Jovis post festum Sancti Mathæi Apostoli.* Lincoln'.

Robertus de Tatesshale filius ejusdem Roberti propinquior hæres ejus est, et fuit ætatis quindecim annorum ad festum Translationis Sancti Edwardi Regis ultimo præterito anno supradicto [31°]. Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 3; *et Inq.* 34 *Edw. I. n°* 1 *et n°* 57.]

41. PRIOR ET FRATRES PRÆDICATORES OXON'. *Inq. ad q. d.*

42. JOHANNES DE LA TORRE—*pro* MABILLA FILIA SUA. *Inq. ad q. d.*

43. BERNARDUS DE SHEYNTON' *et* ADAM DE SHEYNTON', *utlagati. Duæ Inq. de anno et die qui ad Regem pertinent.*

44. GUIDO DE BELLO CAMPO COMES WARWIK'—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE BORDESLEYE. *Inq. ad q. d.*

45. ALICIA QUÆ FUIT UXOR WALTERI DE STIRCHESLEY. *De illis qui liberam warennam ejusdem Aliciæ apud Sheldingthorp' intraverunt et lepores cuniculos et perdices ibidem ceperunt, et in vivariis ipsius Aliciæ piscati fuerunt.*

46. PRIOR ET CONVENTUS DE WARTRIA. *Inq. ad q. d.*

47. PRIOR ET CONVENTUS DE ELSHAM—*pro* HENRICO DE BENYNGWORTHE SUBDECANO ECCLESIÆ BEATÆ MARIÆ LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*

48. HENRICUS LE KEN *vel* KEU, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

49. Robertus de Fraxino, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Idem Robertus suspensus fuit pro felonia quam fecit die Martis proxima ante festum Beati Petri ad Vincula anno regni Regis Edwardi tricesimo.

50. Abbas et Conventus Beatæ Mariæ Ebor'. *Inq. ad q. d.*

51. Walterus Bacun et Simon frater ejus. *Inq. ad q. d.*

52. Willielmus Le Mareschal. *Inq. ad q. d.*

53. Johannes La Warr', consanguineus et unus hæredum Johannis Tregoz *nuper defuncti. De mercato et feria et visu franci plegii quæ Radulphus de Pycheford' quondam dominus manerii de Aylbrighton' habuit in eodem manerio, quod Johannes Tregoz de eo adquisivit et quod ad præfatum Johannem La Warr' jam devenit.*

[*Vide Rot. Fin.*, 29 *Edw. I. m.* 17.]

54. Willielmus de Mordeford', *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

55. Rogerus de Standplogh, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

56. Johannes de Pycheford'. *Inq. ad q. d.*

57. *Deest.* [*De ponte Eton'.*]

58. Walterus Le Bret — *pro* Abbate Sancti Petri Gloucestr'. *Inq. ad q. d.*

59. Hugo Bardolf'. *Inq. ad q. d.*

60. Willielmus de Staunton' *clericus. De officio recognitionum debitorum in villa Bristoll' accipiendarum.*

61. Johannes de Yelaund' *alias* Yeland'. *Inq. ad q. d.*

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod non est ad damnum domini Regis si concedat Johanni de Yeland' quod ipse possit concedere Radulpho filio Willielmi dictam quartam partem maneriorum prædictorum cum pertinentiis in comitatu prædicto, quam quidem quartam partem Walterus de Huntercumbe tenet per legem Angliæ de hæreditate Margaretæ quondam uxoris ejus defunctæ, et quæ post mortem prædicti Walteri ad præfatum Johannem reverti deberet, juxta formam cujusdam finis inter ipsum Johannem et Radulphum filium Willielmi prædictum et Margeriam uxorem ejus nuper defunctam, unam hæredum præfatæ Margaretæ, dudum in curia domini Regis levati. * Item dicunt quod non est ad damnum aliquorum aliorum, prout eis videtur, eo quod Margeria, una hæredum tenementorum prædictorum quondam uxor Radulphi filii Willielmi defuncta, simul cum prædicto Radulpho feoffavit Johannem de Yelaund' de proparte sua prædictæ hæreditatis, simul cum reversione propartis suæ tenementorum in manu Walteri de Huntercumbe et Hugonis de La Vale nuper defuncti qui duxerat Matildam, unam hæredum tenementorum prædictorum defunctam, in uxorem per legem Angliæ existentium. Northumbr'.

62. Willielmus Pecche, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

63. Radulphus de Sancto Laudo — *pro* Thoma de Sancto Laudo. *Inq. ad q. d.*

64. Henricus de Pinkeneye — *pro* Johanne Le Frank'. *Inq. ad q. d.*

65. Gardianus et Fratres Minores de Nottingham'. *Inq. ad q. d.*

66. Radulphus de Camoys *alias* Cambeys — *pro* Margareta filia Mariæ quæ [Maria] fuit uxor Willielmi de Brewosa. *Inq. ad q. d.*

67. *Deest.* [Galfridus Stulle et Jocelina [? Josiana] uxor ejus.]—— *Vide n°* 174 *hoc anno.*

68. Maria quæ fuit uxor Willielmi de Brewosa — *pro* Radulpho de Camoys et Margareta filia ejusdem Mariæ. *Inq. ad q. d.*

69. Nicholaus filius et hæres Nicholai Le Archer — *pro* Johanne de Acton'. *Inq. ad q. d.*

70. *Deest.* [Robertus de Merk.]

71. Thomasina filia Rollandi de Oxstede *alias* Okstede — *pro* Johanne de Hamme et Alina uxore ejus. *Inq. ad q. d.* [*Vide a°* 27 *Edw. I. n°* 39.]

72. *Deest.* [Robertus de Cosham — *pro* Abbate de Quarr'.]

73. Abbas et Conventus de Sancto Karilepho — *pro* Abbate et Conventu de Kirkestede. *Inq. ad q. d.*

74. *Non apparet.* [Johannes de Percy. *De tenementis in Suth Falleleye.*] [*Vide n°* 116 *hoc anno.*]

75. Magister Henricus de Northwode — *pro* Priorissa et Monialibus de Menstre in Scapeya. *Inq. ad q. d.*

76. Petrus de Blockeleye *alias* Blockelegh'— *pro* Priore et Conventu de Coventre. *Inq. ad q. d.*

77. Rogerus Le Blake de Madebroke — *pro* Magistro et Fratribus Militiæ Templi in Anglia. *Inq. ad q. d.*

78. Prior et Conventus Sancti Petri de Gippewyco. *Inq. ad q. d.*

79. Abbas de Leyston'. *De terris adquisitis ad manum mortuam.*

80. *Deest.* [Willielmus Boxman.]

81. Johannes de Kirkeby. *Inq. ad q. d.*

82. Thomas Fillol *alias* Filliol — *pro* Willielmo Le Sleghtere et Basilia uxore ejus. *Inq. ad q. d.*

83. Robertus de Bardeneye — *pro* Abbatissa et Monialibus de Lacock'. *Inq. ad q. d.*

84. Rogerus de Cantebrigg' — *pro* Priore et Conventu de Dunmawe. *Inq. ad q. d.*

85. Johannes Abbas Beatæ Mariæ Ebor' — *pro* Willielmo de Ros *alias* Roos de Hamelack'. *Inq. ad q. d.*

86. Laurentius de Otringden' — *pro* Johanne de Campania. *Inq. ad q. d. De tertia parte manerii de Bokton' Alulphi quam Georgius de Laverton' tenet per legem Angliæ de hæreditate ipsius Laurentii, exceptis quatuor marcatis redditus quas Matilda quæ fuit uxor Stephani de Bokton' tenet in dotem de hæreditate prafati Laurentii.*

87. Rogerus filius Willielmi de Friland' — *pro* Reginaldo de Assheburn' et Editha uxore ejus. *Inq. ad q. d.*

88. Johannes de La Mare — *pro* Johanne de Dokesworth'. *Inq. ad q. d.*

89. Radulphus de Cammeys *alias* Camoys — *pro* Willielmo Paynel et Margareta uxore ejus. *Inq. ad q. d.*

90. Patricius Le Mercer *alias* Mercher de Malton' — *pro* Priore et Conventu de Malton'. *Inq. ad q. d.*

91. Matilda quæ fuit uxor Ricardi de Haredene et Rogerus de Haredene — *pro* Willielmo de Haredene. *Inq. ad q. d.*

92. Willielmus de Asshindon', *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

93. Willielmus de Wynteworthe-wodehus. *Inq. ad q. d.*

94. Rogerus de Morteyn — *pro* Priore et Conventu de Thornholm'. *Inq. ad q. d.*

95. Communitas de Atherde et Johannes Luteby — *pro* Priore et Fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmeli de Atherde. *Inq. ad q. d.* Hibern'.

96. Willielmus de Sancto Johanne, et alii — *pro* Priore et Canonicis de Assheby Canonicorum. *Inq. ad q. d.*

97. Felicia de Creppyngg' — *pro* Abbate et Conventu de Sancto Edmundo. *Inq. ad q. d.*

98. Willielmus de Gloucestr' Persona ecclesiæ de Berton' Sacy, et Abbatissa de Wherrewelle. *De decimis in Drayton' infra limites parochiæ ecclesiæ de Burton' Sacy.*

99. *De anno* 28° *Edw. I.* n° 168; *et de anno* 30° *Edw. I.* n° 150.

100. *De anno* 30° *Edw. I.* n° 151.

101. *De anno* 29° *Edw. I.* n° 171.

102. Prior et Conventus de Wirkesop'. *Inq. ad q. d.*

103. Willielmus Sampson — *pro* Priore et Conventu de Thurgarton'. *Inq. ad q. d.*

104. Rogerus de Askwyth' — *pro* Priorissa et Monialibus de Apelton'. *Inq. ad q. d.*

105. Thomas de Lude. *Inq. ad q. d.*

106. Henricus de Percy — *pro* Abbate et Conventu de Melsa. *Inq. ad q. d.*

107. Willielmus de Ferrariis—*pro* Willielmo filio Thomæ de Roteby. *Inq. ad q. d.*

108. Thomas de Stodleye. *Inq. ad q. d.*

109. Rogerus Le Taylur—*pro* Ada des Okes. *Inq. ad q. d. Idem Rogerus consanguineus et hæres est Simonis filii Maurici.*

110. Walterus Pykerel—*pro* Petro de Leycestr'. *Inq. ad q. d.*

111. Walterus filius Henrici Le Mouner, *Capellanus*—*pro* Magistro et Fratribus Hospitalis Sancti Johannis de Bannebury. *Inq. ad q. d.*

112. Willielmus Peche, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

Dicunt [juratores] quod Johannes filius Willielmi Peche et Rosa Peche mater ejusdem Johannis habuerunt commodum dicti manerii [de Rollesby] post utlagariam usque diem Pentecosten, et post diem Pentecosten Johannes Episcopus Norwici habuit commodum dicti manerii usque nunc. Item dicunt quod dicti Johannes et Rosa et Johannes Episcopus inde respondere debeant. Et Willielmus Peche utlagatus fuit die Circumcisionis Domini anno [regni Regis] Edwardi tricesimo. Norfolc'.

113. Milo de Stapelton'—*pro* Magistro et Fratribus Militiæ Templi in Anglia. *Inq. ad q. d.*

114. Thomas de Kendal'. *De serjantia de Allirdale quam idem Thomas habet.*

115. Rogerus Le Bygod Comes Norfolc'. *Inq. ad q. d. De mercatoribus ad villam de Ros accedentibus cum mercandisis &c.*

116. Johannes de Percy et Agnes uxor ejus. *Inq. ad q. d. De terris in Suthfalleleye adquisitis de Roberto de Whitefeld'.*

[*Vide Rot. Fin.*, 31 *Edw. I. m.* 6 *in schedula.*]

117. Galfridus de Pulham—*pro* Abbate et Conventu de Cyrencestr'. *Inq. ad q. d.*

118. Christina quæ fuit uxor Willielmi de Kirkeby—*pro* Rogero Prilly Persona ecclesiæ de Stouting'. *Inq. ad q. d.*

119. Johannes de Bovington' *alias* Boyngton'—*pro* Johanne de Creystock'. *Inq. ad q. d.*

Non est ad damnum nec præjudicium domini Regis nec aliorum si dominus Rex concedat dicto Johanni de Bovington' quod ipse dare possit et concedere dicto Johanni de Craistok 'ad totam vitam suam dicta tenementa cum pertinentiis; ita quod remaneant' Willielmo de Craistok, fratri prædicti Johannis de Craistok, et hæredibus ipsius Willielmi de corpore suo exeuntibus post decessum ipsius Johannis de Craistok, et Margaretæ de La Vale sorori prædicti Johannis de Craistok et hæredibus suis post decessum ipsius Willielmi. Cumbr'.

120. *De inquirendo de wallia maris &c. in marisco de Wynchelse.*

121. Ricardus de Cardevill'—*pro* Priore et Fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia. *Inq. ad q. d.*

122. JOHANNES DE WYTHAM *alias* WHITHAM — *pro* DECANO ET CAPITULO ECCLESIÆ BEATI MARTINI MAGNI LONDON'. *Inq. ad q. d.*

123. ROBERTUS DE BARMELLING' — *pro* STEPHANO LE CONVERS ET MATILDA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*

124. ROBERTUS LE MEK'. *Inq. ad q. d.*

125. JOHANNES LAD ET ALEXANDER LE PILCHERE—*pro* RICARDO DE BURNE. *Inq. ad q. d.*

126. PRIOR ET CONVENTUS DE BARNESTAPLE. *Inq. ad q. d.*

127. EDMUNDUS DE LENHAM ET ALICIA UXOR EJUS—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE BYLDEWAS. *Inq. ad q. d.*

128. ALEXANDER FILIUS JOHANNIS FILII MARTINI DE LINCOLN'—*pro* ECCLESIA SANCTI LAURENTII DE LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*

129. ROGERUS DE APPELBY. *Inq. ad q. d.*

130. WILLIELMUS DE STIRKELAND [*? defunctus*]. *De alienatione terræ.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Willielmus de Stirkeland tenuit unum messuagium et triginta acras terræ cum pertinentiis in Helsington' per legem Angliæ de hæreditate Elizabethæ filiæ Radulphi de Aynecurt nuper uxoris prædicti Willielmi, qui quidem Willielmus de Stirkelaund prædicta tenementa alienavit Adæ Warde in feodo. Et reversio prædictorum tenementorum de jure spectat Waltero de Stirkelaund ut filio et hæredi prædictæ Elizabethæ. * Item dicunt quod prædicta tenementa sunt in manum domini Regis per feloniam prædicti Adæ Warde factam pro morte cujusdam Henrici Le Mouner interfecti, ex illa causa et non alia. Et prædicta tenementa capta fuerunt in manum ejusdem domini Regis die Jovis proxima ante festum Sancti Georgii Martyris anno regni Regis Edwardi tricesimo [vicesimo nono *in alia inquisitione*]. Westmerland'.

131. GILBERTUS DE UMFRAMVILL' COMES DE ANEGOS *et* WILLIELMUS DE FAUNES. *Inq. ad q. d.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod est ad damnum domini Regis si concedat Gilberto de Umfranvyll' Comiti de Anegus quod ipse dare possit et assignare manerium de Oterburn', quod est in libertate de Redesdale, Willielmo de Faunes, habendum et tenendum dicto Willielmo et hæredibus suis de domino Rege et hæredibus suis per servitia inde debita et consueta imperpetuum; ita quod idem Willielmus habita inde plena et pacifica seisina reoffeffiare possit prædictum Gilbertum et Elizabetham uxorem ejus de prædicto manerio, habendo et tenendo prædictis Gilberto et Elyzabethæ et hæredibus ipsius Gilberti de domino Rege et hæredibus suis imperpetuum per servitia prædicta; in hoc, quod si contingat prædictum Gilbertum de Umfranvyll' et Robertum filium et hæredem ejusdem, vivente Elyzabetha prædicta, in fata decedere, tunc dominus Rex amitteret duas partes quadraginta marcarum per annum usque ad legitimam ætatem hæredis prædicti Roberti, filii

et hæredis prædicti Gilberti, qui nunc est ætatis 'unius' anni et amplius. Et est ad dampnum et præjudicium prædicti Roberti filii et hæredis prædicti Gilberti in hoc quod si prædictus Gilbertus, vivente prædicta Elyzabetha, in fata decederet quod prædictus Robertus amitteret duas partes quadraginta marcarum per annum in tota vita prædictæ Elyzabethæ. * * Et remanent eidem Comiti maneria de Hameldon' et Overton' in comitatu Rotelandiæ post mortem Margaretæ quæ fuit uxor Gilberti filii prædicti Gilberti. Northumbr'.

132. Johannes Puylle et Mabilla uxor ejus—*pro* Abbate et Conventu de Tavystok'. *Inq. ad q. d.*

133. Thomas filius Rogeri Petywille *alias* Petytwylle, *defunctus. De messuagio quod tenuit de Priore de Malton'.*

Jurati dicunt per sacramentum suum quod Thomas filius Rogeri Petytwyll' de Scardeburgh' interfectus fuit in primo conflictu apud Berewik' super Twedam in Scotia, et inter Scotos tanquam inimicus domini Regis. Ebor'.

134. Waresius de Valoygnes—*pro* capella de Dene. *Inq. ad q. d.*

135. Magister Rogerus de Martivall'—*pro* capella Beatæ Mariæ de Nouesle. *Inq. ad q. d.*

136. Johannes Le Mayster de Scrapetoft—*pro* Priore et Conventu de Coventre. *Inq. ad q. d.*

137. *Decst.* [*Arnaldus filius Walteri de Bufton'* [*? Bukton'*].]—[*Vide a°* 29° *Edw. I. n°* 172—*olim* 34° *Edw. I. n°* 137 (*b*).]

138. Gilbertus Fuitz Estevne *alias* Filius Stephani. *De libertatibus quas idem Gilbertus et antecessores sui a tempore Conquestus Angliæ habuerunt in manerio et hundredo de Ermyngton' in comitatu Devon'.*

139. Gilbertus de Suthayk'—*pro* Patricio de Suthayk' et Isabella filia Adæ de Twinham. *Inq. ad q. d.*—[*Vide a°* 28 *Edw. I. n°* 18.]

140. Radulphus de Manton', *nuper Clericus Garderobæ Regis et Thesaurarius Scotiæ, defunctus. De bonis et catallis suis in Hibernia.*

141. Thomas Costard'—*pro* Abbate et Conventu de Loco Regali juxta Oxon'. *Inq. ad q. d.*

142. Thomas Le Whal—*pro* Abbate et Conventu de Regali Loco juxta Oxon'. *Inq. ad q. d.*

143. *De anno* 30° *Edw. I. n°* 152.

144. Ricardus Maleye—*pro* Abbate et Conventu de Abindon'. *Inq. ad q. d.*

145. Edmundus Le Butiller frater et hæres Theobaldi Le Butiller. *Extenta de villatis terræ in Connacia quas idem Edmundus tenet de Rege ad feodi firmam.*

Juratores dicunt super sacramentum suum quod dominus Rex nunc dedit Ricardo de La Rokele dudum Justiciario Hiberniæ prædictas

viginti et quinque villatas terræ, tenendas sibi et hæredibus suis, reddendo inde domino Regi et hæredibus suis centum solidos per annum pro qualibet villata de terris prædictis. Et dicunt quod præfatus Ricardus nunquam levare potuit firmam illam de terris illis licet tunc fuisset Justiciarius Hiberniæ. * Et post obitum ejusdem Ricardi Philippus de La Rokele filius et hæres ipsius Ricardi, qui ei successit, parum vel nihil habere potuit de exitibus terrarum prædictarum propter potentiam Hibernicorum de partibus illis, qui castra sua prostrarunt et terras ad plenum combusserunt et devastarunt, per quod idem Philippus qui consanguineus fuit Theobaldi Le Butiller patris prædicti Edmundi, et aliud recuperare non habuit nisi per ipsum Theobaldum, de licentia domini Regis dimisit terras prædictas prædicto Theobaldo patri prædicti Edmundi in feodum pro manerio ipsius Theobaldi de Turvy habendo ad terminum vitæ ejusdem Philippi: qui quidem Theobaldus licet magnæ fuisset potestatis non potuit in tota vita sua prædictam firmam levare ad plenum per magnam summam, nec etiam . . . [Theob]aldus filius ejus frater prædicti Edmundi. Hibern'.

146. Johannes Dunhalle et Alicia uxor ejus et Willielmus de Nottingham—*pro* Priore et Conventu Sanctæ Katherinæ extra Lincoln'. *Inq. ad q. d.*

147. Willielmus Marmyun, et alii—*pro* Persona ecclesiæ de Galby. *Inq. ad q. d.*

148. Johannes Cheffyn, et Willielmus Boly—*pro* Priore et Fratribus Ordinis de Monte Carmeli de Leghelyn. *Inq. ad q. d.*

149. Walterus de Wyke et Matilda uxor ejus—*pro* Priore et Fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia. *Inq. ad q. d.*

150. Robertus Le Noreys, et Edmundus de Hemegrave et Robertus de La Fenne vicarius ecclesiæ de Fordham. *Duæ Inq. ad q. d.*

151. Johannes filius Henrici Wade—*pro* Thoma de Saunford'. *Inq. ad q. d.*

152. Isabella de Gray—*pro* Abbate et Conventu Sancti Jacobi extra Northampton'. *Inq. ad q. d.*

153. Cives Dubliniæ. *De piscaria in aqua de Aunlif'; et de civitate Dublin' pavianda.*

154. Prior Sancti Andreæ Ebor'. *Inq. ad q. d.*

155. Robertus Le Dorturer—*pro* Magistro et Fratribus Militiæ Templi in Anglia. *Inq. ad q. d.*

156. Prior et Conventus de Bromholm'. *Duæ Inq. ad q. d. de annis 30° et 31°.—Reginaldus de Dunham est hæres Johannis La Veille.*

157. Rogerus Le Bret senior—*pro* Rogero Le Bret filio et hærede suo. *Inq. ad q. d.*

158. Robertus de Arcy—*pro* Philippo de Kyme. *Inq. ad q. d.*

159. THOMAS DE HYNETON' *alias* HYNINTON'—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE ABYNDON'. *Inq. ad q. d.*

160. WALTERUS DE HIBERNIA, *clericus*—*pro* ECCLESIA OMNIUM SANCTORUM DE DENE. *Inq. ad q. d.*

161. RICARDUS FILIUS ALEXANDRI DE LANGELEYE—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE SANCTO ALBANO. *Inq. ad q. d.*

162. ALESIA DE LACY *alias* LASCY—*pro* ECCLESIA DE BEREWYK' JUXTA ABERFORD'. *Inq. ad q. d.*

163. JOHANNES LE BRUN DE ELKESTON' ET MARGERIA UXOR EJUS—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE WYNCHECOMBE. *Inq. ad q. d.*

164. *De Draperiis et aliis mercatoribus, venientibus ad nundinas Sancti Egidii Winton', mercandisas suas non discarcandis nec eas venditioni exponendis extra portas nundinarum prædictarum, nec in aliquo alio loco infra septem leucas circumquaque; et de aliis libertatibus Episcopi Winton' ibidem.*

165. GILBERTUS DE MASINGTON'—*pro* ABBATE ET CONVENTU SANCTI PETR GLOUCESTR'. *Inq. ad q. d.*

166. JOHANNES WADE—*pro* ROGERO DE MORTUO MARI. *Inq. ad q. d., &c.*

167. ROBERTUS ELIENS' EPISCOPUS. *Inq. ad q. d.*

168. WALTERUS DE TRAYLLY, ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE BERNEWELLE. *Inq. ad q. d.*

169. JOHANNES LE BRUN—*pro* JOHANNE DE ACTON', JOHANNE FILIO JOHANNIS DE ACTON' ET ELENA UXORE EJUS, ET WILLIELMO MALERBE ET ELIZABETHA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*

170. *De calcetis et pontibus in Regia Strata inter villas de Stratford' et Westhamme reparandis et sustentandis.*

171. EPISCOPUS DAREN' [KILDARE]. *De redditu pro situ Castri Daren' in solo ecclesiæ ejusdem Episcopi constructi.*

172. *De viis usque ad villam de Kyngeston' super Hull' fiendis, &c.*

173. THOMAS DE NEVILL' ET THOMAS LE ABBOTESCOSYN—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE WHITEBY. *Inq. ad q. d.*

174. GALFRIDUS STULLE ET JOSIANA UXOR EJUS. *De tenementis adquisitis.*

175. MAGISTER ET FRATRES HOSPITALIS LEPROSORUM SANCTÆ MARIÆ MAGDALENÆ COLECESTR'. *De libertatibus, &c.*

176. ROGERUS FILIUS PETRI FILII OSBERTI ET KATHERINA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*

177. WILLIELMUS FILIUS HUGONIS DE IPPELE—*pro* WILLIELMO DE IPPELE PERSONA ECCLESIÆ DE FUGHELESTON'. *Inq. ad q. d.*

†178. JOHANNES FILIUS ET HÆRES PETRI MAUVEYSIN. *Probatio ætatis facta die Lunæ post festum Sancti Gregorii Papæ.*

Henricus de Garmeston' ætatis sexaginta annorum, juratus et super ætate prædicti Johannis examinatus, dicit quod prædictus Johannes filius prædicti Petri natus fuit apud Astleye juxta Berewyk' in comitatu Salop', et in ecclesia Beatæ Mariæ ibidem baptizatus, sexto die Augusti anno regni Regis Edwardi nono; et quod fuit prædicto sexto die Augusti ultimo præterito ætatis viginti et unius anni. * * * *

Salop'.

[*Vide Rot. Fin.*, 19 *Edw. I. m.* 3.]

*179. RICARDUS FILIUS ET HÆRES HUGONIS LE HERIZ. *Probatio ætatis facta* 15° *die Julii.*

Willielmus Torkard' de Chilewelle ætatis quadraginta et quinque annorum, juratus et separatim examinatus super ætate Ricardi filii et hæredis Hugonis Le Heriz defuncti, dicit quod prædictus Ricardus natus fuit apud Stapelford in comitatu Notingham' in domo quondam patris sui, die Sanctæ Trinitatis anno regni Regis Edwardi decimo, et in crastino nativitatis suæ prædictæ fuit ipse baptizatus in baptisterio ecclesiæ ejusdem villæ de Stapelford. * Requisitus qualiter recolit de certitudine diei nativitatis prædictæ, dicit per hoc, quod ipse idem Willielmus juratus per tres annos ante nativitatem dicti Ricardi fuit familiaris Hugonis patris prædicti Ricardi, et in dicto ultimo anno quo ei serviebat nascebatur dictus Ricardus dicto die Sanctæ Trinitatis, a quo die fuerunt viginti et unus anni elapsi die Sanctæ Trinitatis proximo præterito, quia dicit quod ad festum Sancti Michaelis post ejus nativitatem a servitio dicti Hugonis recessit, et bene recolit per hoc quod dominus Rex eodem anno fuit in guerra Walliæ, et etiam similiter per hoc quod Leulinus quondam Princeps Walliæ captus fuit et occisus post festum Sancti Martini proximum sequens, a quo tempore erunt viginti et unus anni elapsi statim post festum Sancti Martini proximum futurum.

Robertus Le Macon, de Stapelford, ætatis quinquaginta annorum, juratus et separatim examinatus super ætate dicti Ricardi, dicit quod idem Ricardus natus fuit apud Stapelford in comitatu Notingham' in domo quondam Hugonis patris sui die Sanctæ Trinitatis, a quo die nativitatis prædictæ fuerunt viginti et unus anni elapsi ad idem festum ultimo præteritum, et in crastino nativitatis suæ prædictæ fuit ipse baptizatus in baptisterio ecclesiæ villæ de Stapelford, et dicit se recolere de certitudine diei nativitatis suæ per hoc, quod Johanna mater dicti Ricardi tunc prægnans et gravida cum eodem Ricardo die Ascensionis Domini levavit quandam Johannam filiam dicti Roberti jurati de sacro fonte et eam vocavit nomine suo, a quo die fuerunt viginti et unus anni elapsi die Ascensionis proximo præterito, et hoc bene scit per nativitatem dictæ Johannæ filiæ suæ. * * * *

Nottingham'.

†180. ADAM DE CHARLETON'. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod Willielmus filius prædicti Adæ est propinquior hæres ejusdem; et dicunt quod erit ætatis viginti et duorum annorum ad festum Sancti Laurentii proximo futurum.

[? Northumbr'.]

†181. ROBERTUS DE BINGHAM. *Inq. p. m.*

Ricardus de Bingham filius Roberti de Bingham junioris 'similiter defuncti est nepos et' propinquior hæres prædicti Roberti, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. Dorset'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 4.]

†182. NICHOLAUS DE STOKESBY—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE WENDLINGG'. *Inq. ad q. d.*

32° *Edw. I.*

1. *Deest.* [ROGERUS WODEROWE.]

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 6. Quia Rogerus Woderowe qu de Rege tenuit in capite diem clausit extremum, ut Rex accepit, mandatum est, &c.

Ibid. m. 4. Rex cepit homagium Roberti filii et hæredis Rogeri de Woderowe defuncti de omnibus terris et tenementis quæ idem Rogerus pater suus tenuit de Rege in capite die quo obiit, et ei terras illas et tenementa Rex reddidit.]

2. RICARDUS LE ARCHIER *alias* ARCHER. *Inq. p. m.*

Ricardus filius dicti Ricardi est propinquior hæres ejus, et est ætatis triginta annorum et amplius. Derb'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 4.]

3. ADAM GONFREY *alias* GOUNFREY. *Inq. p. m.*

Adam filius dicti Adæ est propinquior . . . . . annorum et amplius. Derb'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 4.]

4. WARINUS MAUDUT *alias* MAWDUT, *defunctus. Extenta feodorum militum et advocationum ecclesiarum.*

5. JOHANNES DE MERK'. *Inq. p. m.*

Requisiti [sunt] prædicti jurati quis fuit ejus propinquior hæres et cujus ætatis, qui dicunt quod penitus ignorant. Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 19; *et Inq.* 34 *Edw. I.* n° 201.]

6. JOHANNES DE SIBETON'. *De quodam redditu (quem de Ricardo filio Alani Comite Arundell' jam defuncto idem Johannes perquisivit ad terminum vitæ suæ) in manum Regis capto occasione mortis ipsius Comitis et ratione minoris ætatis hæredis ejus.*

7. *De anno* 33° *Edw. I.* n° 268.

8. ROBERTUS DE HEPHALE. *Inq. p. m.*

Robertus filius ejus propinquior hæres ejus est, et fuit ætatis viginti et duorum annorum die Dominica proxima ante festum Sancti Martini anno regni Regis Edwardi tricesimo primo. Ebor'.

Robertus de Hephale filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejus, et erit ætatis viginti et trium annorum ad festum Sancti Martini in hieme proximo futurum. [*Inquisitio facta* 6° *die Aprilis.*]
Northumbr'.

9. Alanus Le Blund *alias* Blunt. *Inq. p. m.*

Johannes Le Blunt filius prædicti Alani est propinquior hæres prædicti Alani, et est ætatis triginta annorum et amplius. Bedford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I.* m. 17.]

10. Hugo filius Radulphi de Cotes. *Inq. p. m.*

Henricus filius prædicti Hugonis filii Radulphi est propinquior hæres ejusdem Hugonis, et fuit ætatis decem annorum ad festum Sancti Johannis Baptistæ ultimo præteritum. [*Inquisitio facta* 26° *die Aprilis.*] Stafford'.

11. Willielmus Hobbeshort. *Inq. p. m.*

Idem Willielmus tenuit in Bochampton' in dominico suo ut de feodo die quo obiit tenementa subscripta de domino Rege in capite per serjantiam portandi cornu domini Regis quando dominus Rex venit venatum infra hundredum de Lambourne. * *

Johannes Hobeshort filius prædicti Willielmi propinquior hæres ejus est; et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Berk'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I.* m. 9.]

12. Willielmus de Warthhole *alias* Warthole, *qui tenuit de hærede Huberti de Multon' infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod Johannes de Warthole filius prædicti Willielmi de Warthole est propinquior hæres prædicti Willielmi de Warthole. Et dicunt quod prædictus Johannes de Warthole est ætatis novem annorum et amplius. Cumbr'.

13. Ricardus de Unthank'. *Inq. p. m.*

Johanna filia et hæres prædicti Ricardi de Unthank' est propinquior hæres ejusdem Ricardi, et est ætatis viginti annorum et amplius. Cumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I.* m. 2.]

14. Henricus de Hereford' *alias* Herford'. *Inq. p. m.*

Johannes filius Henrici de Herford' est ipsius Henrici hæres propinquior; et est ætatis triginta duorum annorum et amplius. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I.* m. 3.]

15. Johannes Dummer *alias* de Dommere. *Inq. p. m.*

Est Robertus de Dommere filius et hæres propinquior dicti Johannis et ætatis viginti octo annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I.* m. 6.]

16. Johannes de Mulcastre, *defunctus. De hameletto de Threpland quod Alicia de Mulcastre, filia Benedicti de Mulcastre senioris fratris dicti Johannis, clamat tanquam neptis et propinquior hæres ipsius Johannis versus Willielmum de Mulcastre juniorem fratrem prædicti Johannis.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Johannes de Mulcastre perquisivit dictum hamelettum cum suis pertinentiis de prædicto Michaele [de Harcla] tenendum sibi et hæredibus suis de corpore suo procreatis; et si obierit sine hærede de se tunc prædictum hamelettum cum suis pertinentiis remaneret Thomæ de Mulcastre fratri suo et hæredibus suis de corpore suo procreatis; et si ambo prædicti Johannes et Thomas obierint sine hæredibus de corporibus suis procreatis, quod tunc prædictum hamelettum cum suis pertinentiis remaneret prædicto Willielmo de Mulcastre fratri dictorum Johannis et Thomæ et hæredibus suis vel suis assignatis. Et dicunt quod prædictus Johannes de Mulcastre non perquisivit dictum hamelettum cum suis pertinentiis sibi et hæredibus suis simpliciter tantum, sicut prædicta Alicia dicit. Et dicunt quod prædicti Johannes et Thomas obierunt sine hæredibus de corporibus suis procreatis. Cumbr'.

[*Vide a°* 30 *Edw. I. n°* 54; *et Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 1.]

17. Johanna quæ fuit uxor Johannis Wake *defuncti. Extenta maneriorum &c. in quibus ipsa Johanna dotem suam petivit versus Willielmum filium Alani.* —— *Item, Placita de dote illa facta apud Ebor' anno* 29°. —— *Terræ quæ fuerunt dicti Johannis in manu Regis existunt ratione minoris ætatis Thomæ filii et hæredis ipsius Johannis.*

18. Robertus de Glanton' *alias* Glantindon'. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejusdem, et erit ætatis viginti et septem annorum ad festum Sancti Petri in Cathedra proximo futurum. *Idem Robertus et Idonea quæ fuit uxor ejus conjunctim feoffati fuerunt.* [*Inquisitio facta die Veneris post octabas Sancti Michaelis.*] Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 2.]

19. Robertus de Halghton', *qui tenuit de hærede Ricardi filii Alani Comitis Arundell'. Inq. p. m.*

Thomas filius ejusdem Roberti de Halghton' est propinquior hæres ejusdem Roberti, et fuit ætatis quindecim annorum die Decollationis Beati Johannis ultimo præterito. [*Inquisitio facta* 15° *die Aprilis.*] Salop'.

20. Fina quæ fuit uxor Willielmi de Twamhull' *alias* Twamhelle. *Inq. p. m.*

Ranulphus de Haylesden' consanguineus dictæ Finæ, Christiana de Massingeham consanguinea dictæ Finæ, Johanna de Saukevile similiter consanguinea dictæ Finæ, Robertus de Dykeleye similiter 'consanguineus' dictæ Finæ, Matilda uxor Johannis Clerici similiter consanguinea dictæ Finæ et Margeria uxor Simonis de Twamhulle similiter consanguinea dictæ Finæ, sunt propinquiores hæredes dictæ Finæ, et sunt omnes plenæ ætatis, videlicet, junior eorum est triginta annorum et amplius. Essex'.

21. Willielmus de Erkalwe *alias* Erkalewe, *qui tenuit de hærede Philippi Burnel infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Willielmus filius ejusdem Willielmi de Erkalewe est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et fuit ætatis novemdecim annorum die Sancti Thomæ Martyris ultimo præterito. [*Inquisitio facta* 15° *die Martii.*] Salop'.

Prædicti Willielmus et Petronilla uxor ejus tenuerunt conjunctim unam carucatam terræ sex libratas et quinque solidatas redditus in manerio de Erkalewe die quo idem Willielmus obiit ex dono Magistri Willielmi Burnell'. Salop'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 5.]

22. Rogerus de Hadham. *Inq. p. m.*

Roesia et Alicia filiæ Johannis Jorold de Hadham, fratris prædicti Rogeri, propinquiores hæredes ipsius Rogeri sunt. Et eadem Roesia est ætatis triginta annorum et amplius. Et Alicia est ætatis viginti et quatuor annorum et amplius. Bedford'.

Propars Willielmi de Whitton' et Roesiæ uxoris ejus consanguineæ et unus hæredum Rogeri de Hadham defuncti, * *

Propars Johannis Aylmer et Aliciæ uxoris ejus consanguineæ et unus hæredum Rogeri de Hadham defuncti, * *

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 8.]

23. Rogerus La Zusche *alias* Zouche. *Inq. p. m.*

Rogerus La Zouche filius dicti Rogeri est propinquior hæres ejus, et est de ætate undecim annorum. Leicestr'.

24. Johannes de Langeford' *alias* Longeford'. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod dictus Johannes dedit Nicholao filio suo et hæredi et Katherinæ uxori suæ in liberum maritagium viginti libratas terræ in prædictis maneriis [de Kinwaldmers et Barleburg] et tenementis suprascriptis; de seisina ignorant. Item dicunt quod Nicholaus filius ejusdem Johannis est propinquior hæres ejus et est ætatis sexdecim annorum. Derb'.

Item, secunda inquisitio de terris dicti defuncti in comitatu Derb'.

Et dicunt [juratores] per sacramentum suum quod in æstate proximo præterita antequam prædictus Johannes adivit dominum Regem ad partes Scotiæ fuit quædam prælocutio facta inter præfatum Johannem de Longeford' et dominum Henricum de Braylesford', quod filii ipsorum et hæredes alterutrim ducerent filias ipsorum Johannis et Henrici in uxores. Ita quod post desponsationes prædictas prædictus Johannes daret per chartam suam Nicholao filio et hæredi suo cum Katherina filia prædicti Henrici viginti libratas terræ in maneriis de Kenewaldemerche et Barleburgh', habendas eisdem Nicholao et Katherinæ et hæredibus de corporibus ipsorum procreatis; juxta formam cujus prælocutionis fuit quædam charta facta prædicti Johannis de Langeford' prædictis Nicholao et Katherinæ hoc idem continens. Sed dicunt prædicti juratores quod seisina de dictis viginti libratis terræ per chartam prædictam, nec aliam vel alio modo quocunque, præfatis Nicholao et Katherinæ 'nunquam' fuit liberata in vita prædicti Johannis, nec ipsi Nicholaus et Katherina de dictis viginti libratis terræ, vivente ipso Johanne, seisinam vel possessionem

aliquam habuerunt; unde dicunt quod charta prædicta est vacua omnino sicut ea quæ nunquam effectum habuit: unde dicunt quod prædictus Johannes de Longeford' die quo obiit fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dictis viginti libratis terræ sicut de residuo maneriorum prædictorum. Dicunt tamen quod juratores primæ inquisitionis captæ de dictis viginti libratis terræ, si quod donum inde fieret, fuerunt simplices personæ qui cum non essent cognoscentes leges et consuetudines Anglicanas, videbatur eis quod charta prædicta, de qua eis constabat esse confecta absque inde seisina liberata, sufficiebat ad statum ipsorum Nicholai et Katherinæ de seisina dictorum tenementorum salvandum, cum tamen dicta charta absque seisina de dictis terris liberata nullius fuit valoris nec adhuc existit. Derb'.

[*Vide Rot. Fin.*, 7 *Edw. II. m.* 12.]

25. Walterus de Wighthull'. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Walteri de Wighthull' propinquior hæres ejus est; et est ætatis triginta novem annorum et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 20.]

26. Robertus de Bello Campo. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] quod Johannes de Bello Campo de Sumersete, dominus de Hache, est propinquior hæres ejus, et ætate triginta annorum et amplius. Bedford'.

Dicunt [juratores] quod Robertus de Bello Campo obiit sine hærede de se legitime procreato, per quod reversio prædicti manerii [de Dulingham] spectat ad prædictam Ceciliam de Bello Campo virtute doni facti eidem Roberto per prædictam Ceciliam 'de dicto manerio.' Et dicunt insuper quod dominus Johannes de Bello Campo est ejus frater et hæres propinquior, et est ætatis triginta annorum. Cantebr'.

27. *De anno* 31° *Edw. I. n°* 181.

28. Fulco de Archiaco. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod prædictus Fulco tenuit die quo obiit in prædicto comitatu per legem Angliæ de hæreditate Mabillæ quondam uxoris suæ prædictæ manerium de Wodemeresthorn' de Comite Gloucestriæ per servitium unius feodi militis. * * * Dicunt etiam quod Adomarus de Archiaco est filius et hæres prædictæ Mabillæ propinquior, et ætatis viginti quinque annorum. Et dicunt quod quædam Matilda de Kyme 'defuncta,' quæ fuit uxor Willielmi de Fortibus patris prædictæ Mabillæ, dotata fuit 'dum vixit' de tertia parte totius manerii prædicti, et eandem tertiam partem tenuit de prædictis Fulcone et Mabilla nomine dotis, cujus reversio spectat ad hæredem prædictæ Mabillæ. Surr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 1.]

29. Nicholaus Kyriel. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod Nicholaus filius prædicti Nicholai defuncti est hæres ejus propinquior; et erit ætatis viginti

unius annorum die Sancti Thomæ Archiepiscopi et Martyris in septimana Natalis Domini proxima subsequenti. Item dicunt quod prædictus Nicholaus obiit duodecimo die Octobris anno regni Regis Edwardi tricesimo primo. Leicestr'.

30. RICARDUS DE GRAVESENDE *alias* GRAVESHENDE, EPISCOPUS LONDON'. *Inq. p. m.*

Stephanus de Gravesende, frater prædicti Ricardi Episcopi, est ejus hæres propinquior, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Essex'.

Stephanus de Gravesende, frater prædicti Ricardi de Gravesende, est hæres ejusdem propinquior et ætatis quinquaginta annorum. Surr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 8.]

31. STEPHANUS PEISSON, *defunctus. Extenta terrarum quas idem Stephanus tenuit in Anglia de hæreditate sua in initio guerræ Scotiæ, de quibus Christiana uxor Ketelli de Letham, quondam uxor ipsius Stephani, dotem suam petit; quæ quidem terræ in manu Regis existunt ratione minoris ætatis Willielmi filii et hæredis prædicti Stephani.* Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 35 *Edw. I. m.* 4.]

32. WILLIELMUS DE MORTUO MARI. *Inq. p. m.*

Idem Willielmus obiit seisitus in dominico suo ut de libero tenemento de manerio de Alfton' prædicto, pro eo quod Robertus de Sancto Quintino feoffavit præfatum Willielmum et Aliciam uxorem ejus de prædicto manerio cum pertinentiis tenendo præfatis Willielmo et Aliciæ uxori ejus simpliciter sibi et hæredibus suis, quæ quidem Alicia adhuc superstes est et seisita de manerio prædicto in forma prædicta. Suffolc'.

Idem Willielmus de Mortuo Mari die quo obiit nullum habuit hæredem, quia obiit bastardus et sine hærede de se legitime procreato. Cantebr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 5.]

33. JOHANNES DE WALTON' *alias* WAUTON'. *Inq. p. m.*

Dictus Johannes et Margareta uxor ejus, conjunctim feoffati de dono Mariæ de Neville 'sibi et hæredibus de corporibus suis exeuntibus,' die quo dictus Johannes obiit tenuerunt quasdam terras et tenementa in Northpikenham de Johanne de Britannia Comite Richemundiæ. * * Johanna filia prædictorum Johannis et Margaretæ propinquior hæres est omnium tenementorum prædictorum, post decessum dictæ Margaretæ, et ætatis quatuordecim annorum et amplius. Norfolc'.

Johanna filia prædicti Johannis de Wauton' est hæres ejus propinquior et fuit ætatis tredecim annorum ad festum Sancti Bartholomæi Apostoli proximo præteritum. Ebor'.

34. JOHANNES DE BELLO CAMPO, *qui tenuit de hærede Bertini de Ughtresat infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Johannes de Bello Campo, filius prædicti Johannis de Bello Campo defuncti, est propinquior hæres ejusdem Johannis, et est ætatis quatuor annorum et amplius. Cumbr'.

Thomas de Bello Campo, filius prædicti Johannis de Bello Campo defuncti, est propinquior hæres prædicti Johannis et est ætatis quatuor annorum et amplius. Cumbr'.

35. ALICIA DE LUND *alias* LOUND. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod quædam Agnes de Athewyk' fuit aliquando in seisina unius messuagii et septem bovatarum terræ cum pertinentiis in Bugthorp' quæ ipsa Agnes habuit ex dono et concessione Walteri de Grey. * Et dicunt quod Petrus de Lund desponsavit dictam Agnetem in seisina dictorum tenementorum existentem, et seisinam suam una cum prædicta Agnete de prædictis tenementis continuavit usque ad diem obitus dictæ Agnetis; et statim post mortem dictæ Agnetis dominus Thomas de Chaunci, modo Baro de Skyrpynbek', posuit clamium suum in dictis tenementis, nitens præfatum Petrum inde eicere; qui Petrus viribus prædicti Thomæ resistens seisinam suam de dictis tenementis continuavit; ita quod prædictus Petrus in seisinam dictorum tenementorum existens desponsavit prædictam Aliciam filiam prædicti Thomæ de Chaunci, et prædictis Petro et Alicia in seisina dictorum tenementorum existentibus præfatus Thomas propter securitatem dictæ Aliciæ filiæ suæ concessit prædictis Petro et Aliciæ quod ipsi et hæredes sui de corporibus ipsorum procreati tenerent dicta tenementa cum pertinentiis de ipso Thoma et hæredibus suis. * * Dicunt etiam quod Margareta filia prædictæ Aliciæ est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis quatuor annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ proximo præteritum. [*Inquisitio facta 22° die Aprilis.*] Ebor'.

Margareta filia prædictæ Aliciæ est ejus propinquior hæres, et erat ætatis quatuor annorum ad festum Sanctæ Margaretæ Virginis anno supradicto [32°]. Ebor'.

Margareta filia Petri de Lound est hæres 'dictæ Aliciæ' propinquior, et fuit ætatis quatuor annorum ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi ultimo præterito [32°]. Ebor'.

36. RICARDUS FILIUS ET HÆRES RICARDI DE LA ROKELE, *qui tenuit de hærede Philippi de La Rokele infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Dicunt etiam [jurati] quod prædictus Ricardus filius Ricardi obiit in crastino Conversionis Sancti Pauli ultimo præterito: et quod Matilda soror ejusdem Ricardi propinquior hæres ejus est, et est ætatis septendecim annorum et amplius. *Inquisitio facta die Veneris ante festum Sancti Marci Evangelistæ.* Norfolc'.

Edwardus Dei gratia &c. Waltero de Gloucestria Eschaetori suo ultra Trentam, salutem. Licet per inquisitionem quam per vos fieri fecimus de terris et tenementis quæ fuerunt Ricardi filii et hæredis Ricardi de La Rokele defuncti, * accepimus quod Matilda soror ejusdem Ricardi filii Ricardi, quam Rogerus de Fraxino duxit in uxorem, est hæres ipsius Ricardi propinquior et ætatis decem et septem annorum

et amplius; quia tamen intelleximus quod Margareta quæ fuit uxor ipsius Ricardi filii Ricardi est prægnans de eodem Ricardo, terras et tenementa quæ fuerunt prædicti Ricardi filii Ricardi die quo obiit, et quæ occasione mortis ejusdem in manu nostra existunt, præfatis Rogero et Matildæ distulimus liberare. Volentes igitur per vos inde plenius certiorari et quod justum fuerit fieri in hac parte, vobis mandamus quod prædictam Margaretam personaliter videatis et ipsam in præsentia tam militum quam aliorum proborum et legalium hominum ' ac mulierum ' de balliva vestra diligenter examinari faciatis, utrum videlicet sit prægnans sicut prædictum est, necne, et si ipsam Margaretam prægnantem inveneritis, tunc diligenter inquiratis quo tempore credunt ipsam parituram; et nihilominus per sacramentum &c. diligenter inquiratis cujus ætatis præfatus Ricardus filius Ricardi fuit die quo obiit. *Teste* 10 *die Maii.*

[*In dorso Brevis.*] Ad videndum et examinandum personaliter Margaretam quæ fuit uxor Ricardi filii Ricardi de La Rokele defuncti, utrum videlicet eadem Margareta sit prægnans, necne, mandatum istud postquam Breve ad me venit exequi non potui, pro eo quod eadem Margareta moratur in partibus Sussex' vel Kantiæ ut dicitur, quas quidem partes postquam Breve ad me venit, pro aliis negotiis Regis quibus occupatus fui, personaliter accedere non potui. Inquisitionem tamen de ætate præfati Ricardi filii Ricardi juxta tenorem hujus Brevis per subeschaetorem meum in comitatu Norfolciæ fieri feci, et eam vobis mitto huic Brevi consutam.

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod prædictus Ricardus filius et hæres Ricardi de La Rokele die Conversionis Sancti Pauli ultimo præterito, quo die obiit, fuit ætatis viginti unius anni et dimidii undecim septimanarum et duorum dierum. [*Inquisitio facta die Jovis post festum Sancti Augustini.*] Norfolc'.

Edwardus Dei gratia &c. Waltero de Gloucestria &c. Cum nuper quibusdam certis de causis vobis mandaverimus quod Margaretam quæ fuit uxor Ricardi filii et hæredis Ricardi de La Rokele defuncti * personaliter videretis, et ipsam in præsentia tam militum quam aliorum proborum et legalium hominum ac mulierum de balliva vestra diligenter examinari faceretis, utrum videlicet esset prægnans sicut nobis datum fuit intelligi, necne, et si ipsam prægnantem inveniretis, tunc diligenter inquiretis quo tempore ipsam crederent parituram, de quo nobis nihil hucusque significastis unde plurimum admiramur; vobis mandamus, sicut alias mandavimus, quod dictam Margaretam personaliter videatis, et ipsam examinari et inquisitionem inde fieri faciatis in forma supradicta. *Teste* 6 *die Junii.*

Inquisitio facta coram Eschaetore apud Laghton' tertio die Julii anno regni Regis Edwardi tricesimo secundo, si Margareta quæ fuit uxor Ricardi filii Ricardi de La Rokele prægnans sit de prædicto Ricardo, necne, per sacramentum Willielmi Maufe Johannis Heringaud, militum [*et decem aliorum hominum*], et per sacramentum Emmæ de Lolham, Agnetis uxoris Simonis atte Chaumbre [*et quatuor aliarum*] mulierum juratarum, quæ dictam Margaretam in præsentia dictorum militum et aliorum viderunt et eam diligenter examinaverunt: et

precise dicunt super sacramentum suum quod prædicta Margareta non est impregnata.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 4.]

37. JOHANNES FILIUS WALTERI DE TREILLY *alias* TRAILI *alias* TRAYLY. *Inq. p. m.*

Alianora de Traili mater prædicti Johannis de Traili tenet in eodem comitatu manerium de Queye de hæreditate ipsius Johannis, nomine dotis, ex dotatione domini Regis tempore quo idem Johannes fuit in custodia domini Regis. * * Walterus de Traili est ejus filius et propinquior hæres, et est ætatis unius anni et dimidii. Cant'.

Johannes de Trayly et Alicia uxor ejus tenuerunt manerium de Ravenesdene cum pertinentiis 'de dono Alianore de Trailly facto' sibi et hæredibus inter ipsos legitime procreatis. * * Walterus filius prædicti Johannis de Trayly est propinquior hæres ejusdem Johannis, et fuit ætatis unius anni ad festum apostolorum Petri et Pauli proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 12° *die Maii.*] Bedford'.

Est etiam secunda inquisitio facta anno 33° *de tenementis in Creye Paulyn quæ idem Johannes et Alicia adquisiverunt.*

Dictus Johannes de Traili et Alicia uxor ejus conjunctim adquisiverunt dicta tenementa, ut prædictum est, de Alianora de Traili, habenda et tenenda sibi et hæredibus suis de corporibus eorundem Johannis et Aliciæ legitime exeuntibus: ita tamen quod si dictus Johannes et Alicia uxor ejus obirent sine hæredibus de corporibus suis legitime exeuntibus, quod dicta tenementa cum suis pertinentiis rectis hæredibus dicti Johannis imperpetuum remanerent. Cant'.

38. HENRICUS FILIUS AUCHERI *alias* HENRICUS AUCHER. *Inq. p. m.*

Aucherus filius dicti Henrici Aucher est ejus hæres propinquior et de ætate viginti unius anni et amplius. Wiltes'.

Henricus filius Aucheri nullas terras nec tenementa tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit in prædicto comitatu de domino Rege in capite nec de alio; sed tenuit 'die quo obiit' manerium de Pampesworth' in eodem comitatu per legem Angliæ de hæreditate Elæ quondam uxoris suæ. * * Aucherus filius Henrici est ejus filius et hæres propinquior, et est ætatis viginti quatuor annorum. Cantebr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 11.]

39. ROBERTUS DE DENHAM. *Inq. p. m.*

Idem Robertus nihil tenuit solus ibidem de domino Rege in capite die quo obiit; sed ipse et Margareta uxor ejus conjunctim tenuerunt quædam tenementa subscripta de domino Rege in capite ut de honore de Eye; * quæ quidem tenementa iidem Robertus et Margareta adquisiverunt sibi et hæredibus ipsius Roberti 'de Thoma de Denham.' * * Johannes filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis septendecim annorum ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Jovis ante festum Sanctæ Margaretæ Virginis.*] Suffolc'.

40. WALTERUS DE FAUCUMBERGE. *Inq. p. m.*

Walterus de Faucumberge est filius et propinquior hæres dicti domini Walteri, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 25 *Edw. I. m.* 23; *et* 33 *Edw. I. m.* 20.]

41. HENRICUS DE HELYUN *alias* HELYOUN. *Inq. p. m.*

Henricus filius Henrici de Helyoun est hæres ejus propinquior; et erit ætatis trium annorum die Nativitatis Domini proximo futuro. Essex'.

Idem Henricus et Alicia uxor ejus, adhuc superstes, conjunctim feoffati fuerunt de quodam redditu in comitatu Suffolciæ.

42. PETRUS DE LEYCESTRE. *Inq. p. m.*

Quædam Juliana de Leycestre consanguinea dicti Petri, 'quam Walterus de Beruthorp duxit in uxorem,' est hæres prædicti Petri propinquior et est ætatis viginti quatuor annorum. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 4.]

43. GILBERTUS LE HARPUR DE CESTRETON'. *Inq. p. m.*

Quidam Henricus de Brok', proavus dicti Gilberti, tempore Regis Ricardi progenitoris Regis nunc, dedit Magistro Militiæ Templi in Anglia 28*s.* per annum ad sustentationem cujusdam Bruni ad terminum vitæ suæ, cujus filiam dictus Henricus de Brok' desponsavit, et sic hæredes dicti Henrici semper solebant reddere prædictos 28*s.* de anno in annum, quousque dictus Gilbertus Le Harpur jam decem annis elapsis dictos 28*s.* reddere contradicebat. * Robertus Le Harpur est filius et hæres dicti Gilberti propinquior et plenæ ætatis. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 4.]

44. JOHANNES DE TYNGEWYK' *alias* TINGEWYK'. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod prædictus Johannes de Tyngewyk' Roisia uxor ejus et Willielmus filius eorundem Johannis et Roisiæ conjunctim perquisiverunt de dono et feoffamento Johannis de London' quædam tenementa in Evenle, tenenda eisdem Johanni Roisiæ et Willielmo et hæredibus ipsius Willielmi imperpetuum. * * Et dicunt quod prædicti Johannes Roisia et Willielmus, sicut prædictum est conjunctim feoffati, seisinam suam conjunctim de omnibus terris et tenementis prædictis a tempore feoffamenti prædicti usque ad diem mortis prædicti Johannis plene et pacifice continuaverunt. Et dicunt quod prædictus Willielmus est propinquior hæres ipsius Johannis et ætatis viginti duorum annorum et amplius. Northampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 3.]

45. THOMAS DE WODHULL' *alias* WAHULL' *alias* WADHULL'. *Inq. p. m.*

Johannes de Wahull' filius prædicti Thomæ est hæres propinquior ejusdem Thomæ et ætatis unius anni et septendecim septimanarum. [*Inquisitio facta die Martis post festum Sancti Ceddæ Episcopi.*] Northampton'.

Prædictus Thomas et Hawisia uxor ejus tenuerunt conjunctim in Parva Wahull', de honore prædicto [Bononiæ] * sibi et eorum

hæredibus inter ipsos legitime procreatis, die quo idem Thomas obiit, de dono et concessione Johannis de Wahull' patris prædicti Thomæ tenementa subscripta. * * Johannes filius ejusdem Thomæ propinquior hæres ejus est; et fuit ætatis unius anni ad festum Omnium Sanctorum proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 14° *die Februarii.*] Bedford'.

46. Robertus de Brus *alias* Le Brus, senior. *Inq. p. m.*

Robertus Le Brus junior est filius et hæres propinquior ipsius Roberti Le Brus senioris, et est ætatis triginta annorum. Middlesex'.

Robertus de Brus, Comes Carryk', filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejusdem Roberti et ætatis triginta duorum annorum et amplius. Huntingdon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 4; *et* 34 *Edw. I. m.* 13.]

47. Rogerus Le Gras (frater et hæres Radulphi Le Gras). *Inq. p. m.*

Nicholaus Le Gras, frater prædicti Rogeri Le Gras, est hæres ejus propinquior et ætatis viginti duorum annorum et amplius. Surr'.

Nicholaus Le Gras est frater et hæres propinquior prædicti Rogeri Le Gras, et est ætatis viginti quinque annorum et amplius. Essex'.

Item, de feoffamento eidem Rogero et Johannæ uxori suæ facto per Nicholaum Le Gras.

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod Rogerus Le Gras, die Nativitatis Beatæ Mariæ anno regni Regis nunc tricesimo, feoffavit Nicholaum Le Gras fratrem suum de præfato manerio de Parva Badewe et prædictis terris et tenementis in Terlyng', habendis eidem Nicholao et hæredibus suis imperpetuum de capitalibus dominis feodorum per servitia inde debita et consueta; et quod idem Nicholaus seisinam suam de manerio terris et tenementis prædictis 'per feoffamentum illud' pacifice continuavit, capiendo inde singula expletia, usque festum Sancti Lucæ Evangelistæ proximo sequens sine impedimento alicujus. Et dicunt quod eodem die Sancti Lucæ præfatus Nicholaus per chartam suam feoffavit prædictum Rogerum et Johannam uxorem ejus de manerio et terris et tenementis prædictis, habendis eisdem Rogero et Johannæ et hæredibus de corporibus ipsorum Rogeri et Johannæ legitime procreatis; ita quod si prædictus Rogerus obiret sine hærede sic legitime procreato quod prædicta Johanna teneret manerium ac terras et tenementa prædicta ad terminum vitæ suæ, et post decessum ejusdem Johannæ quod manerium ac terræ et tenementa prædicta remanerent rectis hæredibus præfati Rogeri. * Et dicunt quod prædicti Rogerus et Johanna sic conjunctim per feoffamentum illud feoffati seisinam suam de manerio ac terris et tenementis prædictis pacifice continuaverunt a prædicto die Sancti Lucæ usque diem Jovis proximo post festum Sancti Michaelis proximo sequens, quo die præfatus Rogerus obiit. Essex'.

48. Hugo de Mortuo Mari de Castro Ricardi. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Johanna primogenita filia ejusdem Hugonis et Margareta postnata sunt propinquiores hæredes ejusdem Hugonis;

et quod prædicta Johanna fuit ætatis duodecim annorum in festo Sanctæ Katherinæ Virginis proximo præterito; et prædicta Margareta fuit ætatis octo annorum in festo Exaltationis Sanctæ Crucis proximo præterito. Item dicunt quod prædictus Hugo simul cum Matilda uxore ejus tenuerunt conjunctim die quo obiit manerium de Codderugg' &c. [*Inquisitio facta die Mercurii post festum Decollationis Sancti Johannis Baptistæ.*] Wigorn'.

Johanna filia prædicti Hugonis est ætatis quindecim annorum, et Margareta filia ejusdem Hugonis est ætatis decem annorum, et [sunt] propinquiores hæredes ejusdem Hugonis. Northampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 1 *Edw. II. m.* 9.]

49. Ingelramus Le Waleys. *Inq. p. m.*

Johannes Le Waleys est filius et hæres dicti Ingelrami et de ætate triginta annorum. Wiltes'.

Item, assignatio dotis Aliciæ quæ fuit uxor ejusdem Ingelrami Le Waleys.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 5.]

50. Willielmus de Hardredeshull' *alias* Hardescill' *alias* Hardeshull'. *Inq. p. m.*

Prædictus Willielmus Hardescill' et Juliana uxor ejus tenuerunt manerium de Saleby conjunctim. * * Johannes de Hardescill' est filius et hæres legitimus prædicti Willielmi, et est ætatis duodecim annorum et amplius. Lincoln'.

Quidam Johannes est filius et hæres ejus propinquior, et fuit de ætate decem annorum ad festum Sancti Michaelis anno regni Regis Edwardi tricesimo primo. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 13.]

51. Petrus de La Twyere. *Inq. p. m.*

Willielmus filius dicti Petri de La Twyere est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis quatuordecim annorum die Sancti Gregorii Papæ proximo præterito. [*Inquisitio facta* 24° *die Aprilis.*] Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 5.]

52. Johannes Daubeny *alias* de Aubeny *alias* de Albiniaco. *Inq. p. m.*

Johannes filius Johannis de Aubeny est hæres ejus propinquior, et fuit de ætate undecim annorum ad Gulam autumni proximo præteritum. [*Inquisitio capta* 7° *die Maii.*] Gloucestr'.

Johannes de Aubeny est filius et hæres propinquior Johannis de Aubeny defuncti . . . . . duodecim annorum. [*Inquisitio facta* 28° *die Maii.*] Southampton'.

53. Robertus de Rowelle. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod omnia tenementa supradicta sunt eschaeta domini Regis per feloniam Johannis filii et hæredis prædicti Roberti de Rowelle defuncti, qui quidem Johannes utlagatus fuit in pleno comitatu Lincolniæ, die Lunæ proxima ante festum Natalis Domini hoc anno. Lincoln'.

54. HENRICUS DE MONTE FORTI. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam prædicti juratores quod Reginaldus de Monte Forti filius prædicti Henrici de Monte Forti est propinquior hæres ejusdem Henrici, et quod est ætatis duodecim annorum. [*Inquisitio facta* 31° *die Julii a°* 32°.] Somerset'.

Reginaldus de Monte Forti filius prædicti Henrici de Monte Forti est ejus hæres propinquior, et est ætatis tredecim annorum. [*Inquisitio facta* 5° *die Junii a°* 33°.] Somerset'.

55. WILLIELMUS DE TYLLEBIRY *alias* TILLEBURY *alias* TILLEBERY. *Inq. p. m.*

Johannes de Tillebery est filius et hæres propinquior prædicti Willielmi, et fuit ætatis octo annorum ad festum Purificationis Beatæ Mariæ anno regni Regis Edwardi tricesimo secundo. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 20 *Edw. I. m.* 18.]

56. JOHANNES FILIUS JOHANNIS FILII SIMONIS, *alias* JOHANNES FILIUS SIMONIS. *Inq. p. m.*

Inquisitio facta apud Herpesfeld' die Lunæ in festo Sancti Edmundi Archiepiscopi anno regni Regis Edwardi 32° finiente de terris et tenementis quæ fuerunt Johannis filii Johannis filii Simonis. * * * Edwardus filius prædicti Johannis est propinquior hæres ipsius Johannis, et est ætatis sex annorum. Hertford'.

Inquisitio capta coram eschaetore domini Regis apud Stanbregg' die Lunæ proximo post festum Sancti Leonardi anno regni Regis Edwardi 32° de terris et tenementis in quibus Johannes filius Simonis obiit seisitus in dominico suo ut de feodo. * * Prædictus Johannes nullas terras vel tenementa tenuit de domino Rege in capite 'solus' in dominico suo ut de feodo in comitatu Essex' 'die quo obiit.' Tenuit tamen manerium de Stanbregg' simul cum Petronilla uxore sua, quod quidem manerium est de hæreditate prædictæ Petronillæ uxoris suæ, de domino Rege ut de baronia de Reylegh'. * * Prædicta Petronilla uxor dicti Johannis filii Simonis potest facere hæredem suum quemcunque voluerit de dicto manerio de Stanbregg'. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 19.]

57. HUGO DE LA HIDE. *Inq. p. m.*

Prædictus Hugo et Alicia uxor ejus conjunctim feoffati tenuerunt die quo dictus Hugo obiit quadraginta acras terræ arabilis cum pertinentiis in Thornhulle in comitatu prædicto de Henrico de Lacy Comite Lincoln' in socagium. * * * Matilda, Johanna et Cutburga, filiæ dicti Hugonis, sunt propinquiores hæredes ejusdem Hugonis. Et est dicta Matilda ætatis trium annorum; et dicta Johanna ætatis unius anni; et dicta Cutburga ætatis undecim septimanarum in festo Sancti Bartholomæi ultimo præterito. [*Inquisitio facta* 16 *die Novembris.*] Dorset'.

58. WALTERUS DE LA BARRE. *Inq. p. m.*

Idem Walterus et Sibilla uxor ejus conjunctim per Nicholaum Larcher feoffati, videlicet, sibi et hæredibus ipsius Walteri imperpetuum,

tenuerunt quædam tenementa in Tatinton'. * * * Thomas filius ejusdem Walteri est hæres ejus propinquior et ætatis viginti quinque annorum et amplius. Hereford'.

Thomas de La Barre filius ejusdem Walteri est propinquior hæres ejusdem Walteri, et fuit ætatis viginti quinque annorum ad festum Sancti Michaelis ultimo præteritum. [*Inquisitio facta* 8° *die Junii.*] Salop'.

59. EDWARDUS DE BESILLES. *Inq. p. m.*

Petrus de Besilles, filius prædicti Edwardi de Besilles, est ejus hæres propinquior et de ætate duorum annorum. Wiltes'.

60. JOHANNES DE INSULA VECTA, FILIUS WILLIELMI DE INSULA VECTA.

Johannes de Insula, filius dicti Johannis de Insula defuncti, est propinquior hæres ejusdem Johannis et ætatis viginti trium annorum et dimidii. [*Inquisitio facta* 10° *die Julii.*] Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 4.]

61. GILBERTUS DE GAUNT, *defunctus. Extentæ feodorum militum, &c.*

62. ROGERUS DE BROM, *qui tenuit de hærede Roberti de Tateshale infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Willielmus filius prædicti Rogeri propinquior hæres ejus est et ætatis novem annorum et amplius. * * * Rogerus de Brom die quo obiit et Petronilla uxor ejus, conjunctim feoffati ad terminum vitæ utriusque eorum per finem in Curia domini Regis inde levatum, tenuerunt quasdam terras et tenementa in villa de Blonorton' de prædicto hærede Roberti de Tateshale. * * Willielmus filius dicti Rogeri de Brom propinquior hæres est dictorum Rogeri et Petronillæ de prædictis terris et tenementis in villa de Blomorton suprascripta post decessum ipsius Petronillæ. Norfolc'.

63. EDMUNDUS DE MORTUO MARI. *Inq. p. m.*

Rogerus filius præfati Edmundi de Mortuo Mari est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis decem et septem annorum die Sancti Marci ultimo præterito. [*Inquisitio facta* 22° *die Augusti.*] Gloucestr'.

Rogerus de Mortuo Mari filius prædicti Edmundi est hæres ejusdem propinquior, et fuit ætatis decem et octo annorum in festo Inventionis Sanctæ Crucis ultimo præterito. [*Inquisitio facta* 18° *die Augusti.*] Southampton'.

Idem Edmundus et Margareta uxor ejus conjunctim tenuerunt die quo ipse Edmundus obiit diversa terras et tenementa tenenda sibi et hæredibus prædicti Edmundi.

64. HUGO BARDOLF *alias* BARDULF. *Inq. p. m.*

Thomas Bardulf, filius prædicti Hugonis Bardulf, est propinquior hæres ejus, et est ætatis viginti unius annorum et amplius. Surr'.

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod dictus Hugo Bardolf tenuit die quo obiit in comitatu prædicto manerium de Percinge de Comite Warenn' de hæreditate Isabellæ uxoris suæ filiæ et hæredis Roberti Aguillon, quæ superstes est, per servitium unius feodi militis.

Et dicunt quod prædicta hæreditas simul cum aliis terris descendebat præfatis Hugoni et Isabellæ, ut jus et hæreditas ipsius Isabellæ per mortem prædicti Roberti Aguillon, post matrimonium inter præfatos Hugonem et Isabellam solempnizatum. * * Dicunt etiam quod dictus Hugo Bardolf et Isabella uxor ejus conjunctim feoffati tenuerunt manerium de Plompton' de dono Willielmi Bardolf patris dicti Hugonis, habendum et tenendum toto tempore vitæ utriusque ipsorum et hæredibus dicti Hugonis legitime procreatis. * * Dicunt etiam quod Thomas Bardolf, filius prædicti Hugonis Bardolf, est hæres ejusdem Hugonis propinquior et ætatis viginti duorum annorum. Sussex'.

Dicunt [jurati] quod Thomas Bardulf filius prædicti Hugonis est ejus hæres propinquior, et est ætatis viginti et duorum annorum die Beati Francisci post festum Beati Michaelis in anno regni Regis Edwardi tricesimo secundo. Interrogati qualiter hoc sciunt dicunt quod bene recolunt quia natus fuit in comitatu Hertford' apud Watton' in anno regni Regis Edwardi decimo, et magna fuit inde locutio et notitia in partibus istis, ita quod bene recolunt. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 20.]

65. Adam filius Hervici de Crofton', *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

66. Johannes filius Nicholai Laurence, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

67. Willielmus Le Saffere, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

68. Stephanus Grayder, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

69. Thomas Comes Lancastr'—*pro* Fratribus Heremitis Ordinis Sancti Augustini Leicestr'. *Inq. ad q. d.*

70. *De firmis quas burgagium et placea vacua, quæ Johannes de Enefeld' tenet per chartam Regis in villa de Berewici super Twedam, reddere solebant tempore Alexandri quondam Regis Scotiæ.*

71. Willielmus Hering', *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

72. Robertus Sparwe, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

73. Abbas de Rufford'. *Inq. ad q. d.*

74. Nicholaus in the Hale, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

75. Johannes de Birthorp'—*pro* Rogero filio Johannis de Birthorp'. *Inq. ad q. d.*

76. Henricus filius Henrici atte Hethe de Hatherdon', *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

77. Radulphus Curteys. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*

78. Abbas et Conventus de Ponte Roberti—*pro* Episcopo Cicestrensi. *Inq. ad q. d.*

79. Communitas Villæ Wigorn'—*pro* Abbate et Conventu de Pershore. *Inq. ad q. d.*

80. Robertus filius Simonis Le Carpenter. *Inq. ad q. d.*

81. Gilbertus de Umframvill' Comes de Anegos et Elizabetha uxor ejus, et Willielmus de Faunes. *Inq. ad q. d.*

82. Willielmus Le Forager, *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

83. Prior de Magna Malverne. *Inq. ad q. d.*

84. Jordanus de Larkestok'—*pro* Roberto de Micheldevre. *Inq. ad q. d.*

85. Fratres de pœnitentia Jesu Christi de London'—*pro* Roberto filio Walteri—*pro capella in Colemanes-strete quæ dudum fuit synagoga Judæorum. Inq. ad q. d.*

86. Johannes de Crumbwelle. *Inq. ad q. d.*

87. Galfridus Siteadun—*pro* Priore et Fratribus Ordinis Sancti Augustini Cantebrig'. *Inq. ad q. d.*

88. Prior et Conventus de Boulton' in Craven. *Inq. ad q. d.*

89. Magister Ricardus de Vyene—*pro* Priore et Conventu Bathon'. *Inq. ad q. d.*

90. Johannes de Dufford' et Cecilia uxor ejus. *Inq. ad q. d.*

91. Rogerus de Messendene et Juliana uxor ejus. *Inq. ad q. d.*

92. Galfridus de Pulham—*pro* Abbate et Conventu de Cyrencestr'. *Inq. ad q. d.*

93. Robertus Le Whayte *alias* Wayte—*pro* Priore et Conventu de Lanercost. *Inq. ad q. d.*

94. Willielmus de Ros de Hamelak'—*pro* Priore et Conventu de Wartre. *Inq. ad q. d.*

95. Johannes de Kirkeby, *clericus. Inq. ad q. d.*

96. Willielmus Desert—*pro* Priore et Conventu de Boulton' in Craven. *Inq. ad q. d.*

97. Abbas de Bello Loco Regis. *De annuo redditu in burgo de Helleston'.*

98. Gilbertus Le Palmer. *Inq. ad q. d.*

99. Walterus Bathon' et Wellen' Episcopus—*pro* Ricardo de Rodeneye et Lucia uxore ejus. *Inq. ad q. d.*

100. Johannes de Sutton', *clericus—pro* Abbate et Conventu de Rameseye. *Inq. ad q. d.*

101. Johannes filius Willielmi de Creystok'—*pro* Rogero filio Willielmi del Hevede. *Inq. ad q. d.*

102. Nicholaus de Bondegate, *capellanus—pro* Canonicis ecclesiæ Sancti Wilfridi de Ripon'. *Inq. ad q. d.*

103. JOHANNES SEVENOTH' — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE WALTHAM. *Inq. ad q. d.*

104. ROGERUS DE LANUM—*pro* ROBERTO LE POWER ET ROGERO FILIO EJUS. *Inq. ad q. d.*

105. REGINALDUS DE TUDEWORTH' — *pro* ECCLESIA BEATI EDMUNDI CONFESSORIS SARUM. *Inq. ad q. d.*

106. RICARDUS DE MORPATH' — *pro* CAPELLA OMNIUM SANCTORUM DE MORPATH'. *Inq. ad q. d.*

107. PRIOR ET CONVENTUS DE BOULTON' IN CRAVEN'. *Inq. ad q. d.*

108. ABBAS ET CONVENTUS BEATÆ MARIÆ EBOR'. *Inq. ad q. d.*

109. ROBERTUS BASSET DE RYSSHTON' — *pro* THOMA FILIO ROBERTI BASSET DE RYSSHTON' ET MARGERIA UXORE EJUS. *Inq. ad q. d.*

110. ABBAS ET CONVENTUS SANCTI PETRI GLOUCESTR' — *pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*

111. WILLIELMUS DE FELTON' — *pro* PRIORE ET CONVENTU BEATÆ MARIÆ KARLIOLI. *Inq. ad q. d.*

112. PRIOR DE MAGNA MALVERNE. *Inq. ad q. d.*

113. ROBERTUS DE TILLOL. *Inq. ad q. d.*

114. WILLIELMUS DE ROS DE HAMELAC—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE NOVO LOCO EXTRA STANFORD'. *Inq. ad q. d.*

115. WILLIELMUS DE COLTON'. *Inq. ad q. d.*

116. PRIOR ET CONVENTUS DE WIRKESOP'—*pro* DECANO ET CAPITULO BEATI PETRI EBOR'. *Inq. ad q. d.*

117. THOMAS DE ELMYNGHAM *alias* HELMYNGHAM—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE WEST DERHAM. *Inq. ad q. d.*

118. JOHANNES BONCHEVALER — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE SHELFORD'. *Inq. ad q. d.*

119. GILBERTUS DE CUNDI—*pro* WALTERO DE ROMESIE. *Inq. ad q. d.*

120. HENRICUS BRUN—*pro* ABBATE ET CONVENTU SANCTI THOMÆ MARTYRIS JUXTA DUBLIN'. *Inq. ad q. d.*

121. ELENA *alias* ELLOTA DE PRENDERLATHE, (*"Damoysele jadis la Reyne de Norweye."*) *De tenementis quæ ipsa Elena habuit ex dimissione Johannis Wyschard de La Cars, et quæ capta fuerunt in manum Regis octo annis et dimidio elapsis occasione rebellionis ejusdem Johannis.*

122. DAVID LE BLUND ET AMABILLA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*

123. WILLIELMUS DE MORTUO MARI—*pro* ISABELLA DE MORTUO MARI. *Inq. ad q. d.*

124. HENRICUS DE BULEBEK'—*pro* ALIANORA DE EWELL'. *Inq. ad q. d.*

125. JOHANNES DE BEAUMEYS—*pro* PRIORISSA ALBARUM MONIALIUM DE BREWODE. *Inq. ad q. d.*

126. Ricardus de Wiluby — *pro* ecclesia Beati Petri de Nottingham'. *Inq. ad q. d.*

127. Ricardus Almund — *pro* Priore et Fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia. *Inq. ad q. d.*

128. Robertus de Sancto Edmundo. *Inq. ad q. d.*

129. Osbertus Giffard — *pro* Johanne Abel et Margeria uxore ejus. *Inq. ad q. d.*

130. Prior et Conventus Beatæ Mariæ Karlioli. *Inq. ad q. d.*

131. Willielmus Waldeshef — *pro* Abbate de Thorneye. *Inq. ad q. d.*

132. Johannes Le Keu *vel* Ken — *pro* Abbate Sancti Augustini Cantuar'. *Inq. ad q. d.*

133. Johannes Basset — *pro* Priore et Conventu Bathon'. *Inq. ad q. d.*

134 *a*. Thomas filius Aluredi de Erlestok'. *Inq. ad q. d.*

134 *b*. Willielmus filius Rogeri de Ilum — *pro* Abbate et Conventu de Burton' super Trentam. *Inq. ad q. d.*

135. Henricus Scot — *pro* ecclesia Sancti Johannis de Novo Castro super Tynam. *Inq. ad q. d.*

136. Abbas et Conventus de Seleby. *Inq. ad q. d.*

137. Willielmus de Nottingham' — *pro* Priore et Conventu Sanctæ Katherinæ extra Lincoln'. *Inq. ad q. d.*

138. Magister et Fratres Hospitalis Sancti Johannis Northampton'. *Inq. ad q. d.*

139. Ricardus de Waleton' — *pro* Abbate et Conventu Salop'. *Inq. ad q. d.*

140. Abbas et Conventus de Sancto Edmundo. *Inq. ad q. d.*

141. Willielmus de Burne — *pro* Magistro et Fratribus Hospitalis Sancti Johannis de Bristoll'. *Inq. ad q. d.*

142. Prior de Stivinton'. *Inq. ad q. d.*

143. Willielmus de Coldham et Willielmus de Waldeshef' — *pro* Abbate et Conventu de Thorneye. *Inq. ad q. d.*

144. Petrus Tappe — *pro* Abbate et Conventu de Thorneye. *Inq. ad q. d.*

145. Willielmus Atte Style, et alii — *pro* Priore et Conventu de Merton'. *Inq. ad q. d.*

146. Prior et Conventus de Marton' et Prior et Conventus de Boulton' in Cravene: ac Adam de Wodehuses et Willielmus de Wodehuses — *pro* eisdem Priore et Conventu de Boulton'. *Inq. ad q. d.*

147. Robertus de Brus Comes Carrik'. *De libertatibus infra terras suas Vallis Anaud' in Scotia.*

148. Adam de Osgoteby, Persona ecclesiæ de Gairgrave. *De decimis.*

149. RADULPHUS LE MARESCHAL ET AGNES UXOR EJUS—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE BRIDLINGTON'. *Inq. ad q. d.*

150. WILLIELMUS RYVEL *capellanus*, ET ALII—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Tres Inq. ad q. d. de annis* 31° *et* 32°.

151. JOHANNES DE OVER MARKET—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS ORDINIS SANCTI AUGUSTINI CANTEBRIG'. *Inq. ad q. d.*

152. JOHANNES DE CRUMBWELL' ET IDONIA UXOR EJUS—*pro* PRIORE ET FRATRIBUS ORDINIS BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELI DE APPELBY. *Inq. ad q. d.*

153. JOHANNES DE INSULA—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS HOSPITALIS BEATÆ MARIÆ DE NOVO CASTRO SUPER TYNAM. *Inq. ad q. d.*

154. NICHOLAUS DE NORTHAMPTON', *clericus*. *Inq. ad q. d.*

155. THOMAS COMYN—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE CYRENCESTR'. *Inq. ad q. d.*

156. ROBERTUS DE SWAYNESTHORP'—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS MILITIÆ TEMPLI IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*

157. EDMUNDUS DE MORTUO MARI—*pro* JOHANNE DE MORTUO MARI FILIO SUO. *Inq. ad q. d.*

158. WILLIELMUS DE KILKENNY ET WALTERUS DE TOTTON'—*pro* DECANO ET CAPITULO BEATI PETRI EXON'. *Inq. ad q. d.*

159. WILLIELMUS DE CLYVEDENE, ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE MERTON'. *Inq. ad q. d.*

160. MATHÆUS DE HALLOWE ET JOHANNA FILIA EJUS, ET ALII—*pro* PRIORE ET CONVENTU WYGORN'. *Inq. ad q. d.*

161. WILLIELMUS DE LA MOTE, *ex dono Thomæ Grelle*. *Inq. ad q. d.*

162. JOHANNES FILIUS THOMÆ DE UNDELE—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE BURGO SANCTI PETRI. *Inq. ad q. d.*

163. HOSPITALE SANCTORUM INNOCENTIUM EXTRA LINCOLN'. *De redditibus, servitiis, &c. subtractis.*

164. MARGERIA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS HURAUD *vel* HURAND *defuncti*. *Extenta terrarum quas ipsa Margeria tenet.*

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 7.]

165. JOHANNES FILIUS ROBERTI DE HUSUM ET WILLIELMUS TALUN—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE NOVO LOCO SUPER ANCOLNE. *Inq. ad q. d.*

166. ABBATISSA ET MONIALES SHAFTON'. *Inq. ad q. d.*

167. THOMAS COMES LANCASTR'—*pro* MAGISTRO WILLIELMO DE PYKERING'. *Inq. ad q. d.*

168. HUGO DE WYLGHEBY *alias* WYLUGHBY, ET ALII—*pro* ABBATE ET CONVENTU BEATÆ MARIÆ EBOR'. *Inq. ad q. d.*

169. PRIOR ET CONVENTUS DE KENLES IN OSSOR'. *Inq. ad q. d.*

170. WALTERUS DE RISLE—*pro* PRIORE HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS JERUSALEM IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*

171. JOHANNES FREMAN DE SUTTON' ET ANABILLA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*

* *Item*, WILLIELMUS DE ULLAY ET ISOLDA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*

172. ROBERTUS DE REYMES *alias* RAYMES ET MATILDA UXOR EJUS. *Inq. ad q. d.*

173. ROBERTUS DE SHIRLOND'. *Inq. ad q. d.*

174. *Placita apud Dublin' coram concilio Regis, una cum extenta terrarum facta anno* 33°; *et extenta terrarum Johannis de Mohoun in Hibernia facta anno* 27°.

175. ROGERUS JORI ET ALICIA UXOR EJUS—*pro* ABBATISSA ET CONVENTU DE ELNESTOWE. *Inq. ad q. d.*

176. ROBERTUS DE MYTHYNGESBY *alias* MIDDYNGGESBY—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE BURGO SANCTI PETRI. *Inq. ad q. d.*

177. WILLIELMUS LE MOINE, ET ALII—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE RAMESEYE. *Inq. ad q. d.*

178. RICARDUS DE TAUNTON' PERSONA ECCLESIÆ SANCTON' — *pro* ECCLESIA BEATI PETRI EBOR'. *Inq. ad q. d.*

179. ROGERUS FILIUS REMIGII DE POKELINTON'—*pro* ECCLESIA OMNIUM SANCTORUM DE WATH. *Inq. ad q. d.*

180. HENRICUS DE HERTLYNGTON'—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE BOULTON' IN CRAVEN. *Inq. ad q. d.*

181. RICARDUS DE ROTHWELL', ET ALII — *pro* DECANO ET CAPITULO BEATÆ MARIÆ LINCOLN'. *Inq. ad q. d.*

182. EDMUNDUS DE PASSELEYE—*pro* CAPELLA DE KETHENOURELEGHE. *Inq. ad q. d.*

183. ROBERTUS DE HALE *clericus*, ET ALII — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE RAMESYE. *Inq. ad q. d.*

184. EGIDIUS DE MERKESDEN'. *Inq. ad q. d.*

185. WILLIELMUS DE NEUBALD' ET ALICIA UXOR EJUS—*pro* ABBATE ET CONVENTU DE NEUHOUS. *Inq. ad q. d.*

186. WILLIELMUS DE GOSEWYK' — *pro* ECCLESIA PAROCHIALI IN INSULA DE HALIENLOND'. *Inq. ad q. d.*

187. THOMAS DEUWY *alias* DEWY. *Inq. p. m.*

David de Dewy, filius dicti Thomæ Dewy, est proximus hæres ejusdem et ætatis quindecim annorum et dimidii. Cornub'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 8.]

188. WILLIELMUS DE RENESLE : AC PRIOR DE THETFORD'. *Duæ Inq. ad q. d.*

189. MAGISTER HENRICUS DE BRADENHAM. *Inq. ad q. d.*

190. OTTO DE GRANDISONO. *De servitiis quæ eidem Ottoni fieri solebant de manerio de Ruthcon et villa de Carrik' antequam Rex manerium illud et villam adquisivit.*

191. *De feodis militum quæ de Baronia de Pinkeny tenentur.*

192. WILLIELMUS COSYN DE LONDON' ET EMMA UXOR EJUS ET WILLIELMUS FILIUS EORUNDEM. *Inq. ad q. d.*

193. *De inquirendo utrum herbagium de dominicis Castri Karlioli consumptum fuit per equos Regis et aliorum versus partes Scotiæ pro custodia Marchiæ venientium; et de statu Castri &c.*

194. JOHANNES DE BRITANNIA SENIOR, ET ALII—*pro* CAPELLA JOHANNIS DE BRITANNIA DE SWAFHAM. *Inq. ad q. d.*

195 et 196. MARGARETA QUÆ FUIT UXOR EDMUNDI COMITIS CORNUBIÆ *defuncti. Extenta maneriorum de quibus dicta Margareta tertiam partem in dotem suam petit versus Walterum de Cornubia, Thomam Le Ercedekene et Serlonem de Nansladron alias Lanladran et Amiciam uxorem ejus.*

Prædicti Serlo et Amicia uxor ejus non tenent ad plenum tertiam partem tertiæ partis manerii de Ilerky, eo quod quædam Alicia mater domini Odonis Le Ercedekene fuit dotata de quadam parte dicti manerii die quo dictus Odo filius suus obiit; ita quod Amicia uxor dicti Odonis tertiam partem dicti manerii nomine dotis habere non potuit. Cornub'.

*197. WILLIELMUS DE HETHE ET JOHANNES BAYLLY, *appellati de morte Johannis Hade. Non sunt inde culpabiles.*

*198. WILLIELMUS TRENCHEFIL *alias* TRENCHEFOYL FRATER ET HÆRES PETRI TRENCHEFIL *alias* TRENCHEFOYL. *Probatio ætatis facta* 16° *die Novembris.*

Johannes Justin ætatis sexaginta annorum, juratus et diligenter examinatus super ætate prædicti Willielmi fratris et hæredis dicti Petri, dicit quod idem Willielmus fuit ætatis viginti duorum annorum in festo Conversionis Sancti Pauli proximo præterito; et hoc scit quia idem Willielmus natus fuit apud Upwymburn' in festo Conversionis Sancti Pauli prædicto anno regni Regis Edwardi decimo, et in crastino ejusdem festi in ecclesia Omnium Sanctorum ejusdem villæ de Willielmo Rectore ecclesiæ prædictæ baptizatus. Requisitus qualiter recolit de lapsu tanti temporis, dicit pro eo quod idem Johannes desponsavit Evam uxorem suam in festo Sanctæ Katherinæ Virginis anno prædicto, ita quod per desponsationem prædictam satis liquet ei de ætate prædicti Willielmi. * * * * Dorset'.

*199. JOHANNES FILIUS ET HÆRES RICARDI TEMPEST'. *Probatio ætatis facta die Jovis post festum Sancti Michaelis Archangeli.*

Willielmus de Marton' ætatis sexaginta annorum, juratus et separatim examinatus super ætate prædicti Johannis filii et hæredis dicti Ricardi, dicit quod prædictus Johannes natus fuit apud Braycewelle quadam die Sancti Bartholomæi Apostoli, quoto anno domini Regis nunc ignorat, et in baptisterio ecclesiæ Sancti Michaelis ejusdem villæ baptizatus; dicit tamen quod a dicto die Sancti Bartholomæi nativitatis prædicti Johannis fuerunt viginti et unus anni elapsi die Sancti Bartholomæi proximo præterito. Et dicit se super certitudine diei et anni nativitatis prædictæ recolere per hoc, quod die Exaltationis Sanctæ Crucis proximo

post nativitatem prædicti Johannis natus fuit sibi quidam filius, Patricius nomine, qui fuit ætatis viginti et unius annorum ad dictum festum Exaltationis Sanctæ Crucis proximo præteritum. * * * * Ebor'.

* 200. EMMA UXOR RICARDI FAUVEL FILIA ET HÆRES ELIÆ DE RILLESTON'. *Probatio ætatis facta die Mercurii in vigilia Sancti Gregorii Papæ.*

Johannes de Kigheleye ætatis quinquaginta annorum, juratus et separatim examinatus super ætate Emmæ filiæ et hæredis Eliæ de Rilleston', dicit quod dicta Emma nata fuit apud Flasceby die Dominica proxima ante festum Sancti Petri in Cathedra ultimo præteritum fuerunt quindecim anni elapsi, et in baptisterio ecclesiæ Sancti Andreæ Apostoli de Geyregrave baptizata. * * * * Ebor'.

† 201. ROGERUS FILIUS HENRICI DE BELTOFT, *qui tenuit de hærede Rogeri de Moubray infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Quidam Willielmus est filius prædicti Rogeri et hæres 'ejus' propinquior, et est ætatis quatuor annorum. Lincoln'.

33° *Edw. I.*

1. EDMUNDUS DE MULEFORD', *defunctus. De terris suis, &c.*

Dicunt etiam [juratores] quod Agnes filia prædicti Edmundi est ejus hæres propinquior et de ætate viginti quatuor annorum, et satisfecit Willielmo Le Noble pro maritagio suo, nec adhuc est maritata sed est totaliter soluta. Wiltes'.

[*Vide Rot. Fin.*, 4 *Edw. II. m.* 21.]

2. *De anno* 32° *Edw. I. n°* 201.

3. HENRICUS DE WYNETON' *vel* WYVETON'. *Inq. p. m.*

Dicunt juratores quod Johannes filius dicti Henrici est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis novemdecim annorum ad festum Sancti Michaelis ultimo præteritum. [*Inquisitio facta* 22° *die Septembris.*] Ebor'.

4. JOHANNES DAMMARTYN *alias* DANMARTIN *alias* DAMARTIN. *Inq. p. m.*

Willielmus filius prædicti Johannis Damartin est filius et hæres propinquior dicti Johannis Damartin, et est ætatis viginti quatuor annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 3.]

5. REGINALDUS LE MOYL *alias* MOEL. *Inq. p. m.*

Willielmus filius dicti Reginaldi est proximus hæres ejusdem et ætatis octodecim annorum. Cornub'.

6. JOHANNES LE TAILLUR DE PARVA BADEWE. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis Le Taillur defuncti est ejus hæres propinquior, et est ætatis tredecim annorum. [*Inquisitio capta anno* 34°.] Essex'.

7. JOHANNES DE KYRKEBY, *qui tenuit de 'Nicholao' hærede Laderanæ quæ fuit uxor Johannis de Bella Aqua infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Andreas de Kyrkeby est filius et hæres 'propinquior' prædicti Johannis, et est ætatis triginta annorum. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 34 *Edw. I. m.* 14.]

8. JOHANNES COLEMAN. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis Coleman est ejus hæres propinquior et erit ætatis decem annorum ad festum Paschæ proximo futurum. [*Inquisitio facta die Sabbati post festum Sancti Mathiæ Apostoli.*] Essex'.

9. WILLIELMUS DE HAVERBERGE *alias* HAREBERGE. *Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] per sacramentum suum quod prædictus Willielmus tenuit die quo obiit quædam tenementa in villa de Reylegh' de domino Rege ut de honore de Reylegh' de hæreditate Alenæ uxoris ejus, quæ quidem Alena superstes est. * * De hærede prædicti Willielmi penitus ignorant, eo quod natus fuit in comitatu Leicestr'. Essex'.

10. NICHOLAUS LE CONVERS. *Inq. p. m.*

Thomas Le Convers filius prædicti Nicholai est hæres ejus propinquior, et est ætatis viginti et quinque annorum et amplius. Derb'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 3.]

11. WILLIELMUS GOCELYN. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Walterus filius prædicti Willielmi Gocelyn est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et quod est ætatis viginti octo annorum et amplius. Dicunt etiam quod omnia prædicta tenementa capta fuerunt in manum domini Regis per mortem prædicti Willielmi qui de domino Rege tenuit in capite, ut prædictum est, et qui obiit die Lunæ proxima post festum Conversionis Sancti Pauli anno regni Regis Edwardi qui nunc est tricesimo tertio. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 34 *Edw. I. m.* 10.]

12. WILLIELMUS DE LASCELES '*infra ætatem existens,' qui tenuit de hæredibus Rogeri de Moubray et Roberti de Tateshale infra ætatem existentibus. Inq. p. m.*

Johannes de Lasceles est frater et hæres dicti Willielmi defuncti 'propinquior,' et fuit ætatis septendecim annorum ad festum Inven . . . . . tricesimo secundo. Ebor'.

13. PAULUS DE LA METTYN. *Inq. p. m.*

Philippus filius dicti Pauli est propinquior hæres ejusdem et ætatis triginta annorum et amplius. Cornub'.

[*Vide Rot. Fin.*, 34 *Edw. I. m.* 14.]

14. PHILIPPUS DE WYLGHEBY *alias* WILEBY *alias* WYLUBY. *Inq. p. m.*

Willielmus de Wileby frater dicti Philippi est hæres ejusdem propinquior et ætatis quater-viginti annorum et amplius. Cant'.

Willielmus de Wiluby frater prædicti Philippi de Wiluby propinquior hæres ejus est et de ætate quinquaginta annorum. Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 2.]

15. WILLIELMUS DE BOYVILL'. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Willielmi de Boyvill' est propinquior hæres ejusdem Willielmi, et dictus Johannes erit ætatis viginti duorum 'annorum' die Sancti Laurentii proximo futuro. [*Inquisitio facta die Sabbati in vigilia Sancti Jacobi.*] Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 5.]

16. HUGO DE BEAUMEYS *alias* BEUMEYS. *Inq. p. m.*

Henricus Beaumeys est filius prædicti Hugonis et ejus hæres propinquior, et est ætatis viginti octo annorum et amplius. Lincoln'.

Idem Hugo tenuit de Gerardo de Henesford' medietatem villæ de Lude Mushegros die quo obiit ad terminum vitæ suæ de hæreditate Isoldæ quondam uxoris suæ, et hoc per legem Angliæ. * * Henricus filius prædictorum Hugonis et Isoldæ uxoris ejus est eorum hæres propinquior, et fuit ætatis viginti et octo annorum et amplius ad festum Sancti Thomæ Apostoli proximo præterito. [*Inquisitio facta die Martis post festum Sanctæ Trinitatis.*] Hereford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 7.]

17. RICARDUS DE SHUT *alias* SCHETE *alias* SCHUTE. *Inq. p. m.* [*Breve datum* 9° *die Maii a°* 31°.]

Ricardus de Schute die quo obiit nihil tenuit de hærede Willielmi de Insula qui infra ætatem existit et in custodia domini Regis. * * Robertus filius prædicti Ricardi est hæres ejus propinquior et de ætate quinque annorum et dimidii. [*Inquisitio facta* 1° *die Aprilis a°* 33°.] Southampton'.

18. MARGERIA QUÆ FUIT UXOR JOHANNIS DE GYZORS *alias* JESORS. *Inq. p. m.*

Johannes de Jesors filius Johannis de Jesors defuncti 'et prædictæ Margeriæ' est propinquior hæres prædictæ Margeriæ, et est ætatis viginti sex annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 17.]

19. PHILIPPUS LE LARDINER *alias* LARDENER. *Inq. p. m.*

Margareta et Elena sunt filiæ et hæredes ipsius Philippi propinquiores; et prædicta Margareta fuit ætatis viginti annorum ad festum

Pentecostes ultimo præteritum, et præfata Elena fuit ætatis octodecim annorum ad festum Nat' [Nativitatis *vel* Natalis] Sancti Johannis Baptistæ ultimo præteritum. [*Inquisitio capta die Martis ante festum Translationis Sancti Thomæ Martyris.*] Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 5.]

20. Galfridus atte Punfold *alias* de La Pundfaude. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Galfridi est hæres ejusdem Galfridi propinquior et ætatis viginti duorum annorum. Sussex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 34 *Edw. I. m.* 14.]

21. Robertus Bardolf'. *Inq. p. m.*

Tenuit manerium de Claxton' de hæreditate Loræ uxoris suæ die quo obiit. * * Quædam Avicia est filia et hæres Roberti prædicti propinquior, et est ætatis triginta annorum. Leicestr'.

Avicia filia prædicti Roberti, uxor Ingrammi Belet, propinquior hæres ejus est, et est ætatis triginta annorum et amplius. Norfolc'.

22. Johannes filius Hugonis. *Inq. p. m.* [*Breve datum a°* 33°.]

Henricus filius Johannis filii Hugonis est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis trium annorum ad festum Sancti Edmundi Regis et Martyris proximo præteritum. [*Inquisitio facta die Mercurii post Epiphaniam Domini a°* 34°.] Ebor'.

Johannes filius Hugonis nullas terras neque tenementa tenuit de domino Rege in capite in comitatu prædicto die quo obiit nec de aliquo alio, sed tenuit de hæreditate Isabellæ filiæ et hæredis Michaelis de Ryhill', quæ fuit uxor prædicti Johannis, duas partes manerii de Wytingham de domino Rege in capite in serjantia. * * Isabella prædicta est propinquior hæres prædictorum terrarum et tenementorum, et fuit ætatis viginti quatuor annorum ad festum Assumptionis Beatæ Mariæ ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Lunæ in vigilia Sancti Andreæ a°* 34°.] Northumbr'.

Est etiam nova inquisitio ad inquirendum quis sit dominus de Burton' in Lonesdale de quo manerium de Ingelton' tenetur in capite.

Johannes filius Rogeri Le Moubray est dominus de Burton', qui infra ætatem est et in custodia domini Regis. Et Roysia quæ fuit uxor Rogeri Le Moubray dotata est per ipsum dominum Regem de prædicto manerio de Burton'. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 34 *Edw. I. m.* 9.]

23. Alicia de Mucegros *alias* Mussegros *alias* Muscegros *alias* Muchegros. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod Johannes de Ratynden', filius Agathæ de Ratynden' sororis prædictæ Aliciæ de Muchegros, est proximus hæres prædictæ Aliciæ; et quod idem Johannes est ætatis triginta annorum et amplius. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 4.]

24. Robertus de Dodemanston', *qui tenuit de hærede Philippi Burnel infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Hugo filius prædicti Roberti est propinquior hæres ejus, et fuit ætatis quindecim annorum in festo Assumptionis Beatæ Mariæ ultimo præterito. [*Inquisitio facta die Sabbati in vigilia Paschæ.*] Salop'.

25. Adam Gurdun *alias* Gurdoun, *miles. Inq. p. m.*

Johanna filia dicti Adæ est hæres ejus propinquior et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Surr'.

Dicunt [juratores] quod Johannes Le Venuz dudum defunctus, qui ballivam forestæ prædictæ [de Alicesholte et Woluemere] tenuit in dominico suo ut de feodo de domino Rege in capite per servitia prædicta, ballivam illam præfato Adæ ex licentia domini Regis dedit et concessit, tenendam eidem Adæ ad terminum vitæ suæ tantum, ita quod post decessum ejusdem Adæ prædicta balliva cum suis pertinentiis præfato Johanni Le Venuz et hæredibus suis integre reverteretur; per quod dicunt quod reversio prædictæ ballivæ per mortem ejusdem Adæ spectat ad Johannem Le Venuz, filium et hæredem prædicti Johannis Le Venuz defuncti, qui est ætatis quadraginta annorum et amplius. * Dicunt etiam quod Johanna filia prædicti Adæ Gurdoun est hæres ejusdem Adæ propinquior et ætatis quadraginta quinque annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 11.]

26. Robertus Scarlet. *Inq. p. m.*

Johannes Scarlet, frater dicti Roberti Scarlet, est hæres ejusdem Roberti propinquior et ætatis triginta annorum et amplius. Cant'.

Est etiam alia inquisitio de hærede Roberti Scarlet, quia Robertus de Leyburne ex parte Johannis filii Johannis Scarlet dedit Regi intelligi quod idem Johannes filius Johannis est consanguineus et hæres propinquior præfati Roberti.

Dicunt [juratores] per sacramentum suum quod Johannes Scarlet, frater Roberti Scarlet defuncti, est hæres ejusdem Roberti propinquior et ætatis triginta annorum et amplius. Et dicunt quod dictus Robertus Scarlet nullum alium hæredem habuit nec Johannem filium Johannis Scarlet nec aliquem alium nisi prædictum Johannem Scarlet fratrem suum, ut prædictum est. Cant'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 9.]

27. Johannes Le Brun. *Inq. p. m.*

Johannes filius Johannis Le Brun est ejus hæres propinquior et ætatis viginti duorum annorum et plus. Hereford'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 18.]

28. Johannes de Paunton', *qui tenuit de archiepiscopatu Ebor' vacante. Inq. p. m.*

Willielmus de Paunton' frater prædicti Johannis est ejus hæres propinquior et est ætatis triginta duorum annorum. Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 18.]

29. NICHOLAUS DE LUTTREWORTHE *alias* LUTTEREWORTHE. *Inq. p. m.*

Nicholaus de Luttereworthe qui Gundredam duxit in uxorem tenuit de hæreditate dictæ Gundredæ 'dudum defunctæ' de domino Rege in capite unum cotagium et duas virgatas terræ &c. * * Quidam Thomas est filius et hæres prædictæ Gundredæ 'propinquior' et de ætate viginti quatuor annorum. Leicestr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 34 *Edw. I. m.* 13.]

30. JOHANNES DE REDINGES. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Margareta, uxor Willielmi Walsheman, et Isabella, filiæ dicti Johannis, sunt hæredes propinquiores Johannis de Redynges. Et dicunt quod Margareta senior est ætatis triginta annorum, et Isabella soror ejus junior est ætatis viginti trium annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 1.]

31. THOMAS DE MORILEY *alias* DE LA MORELEY *alias* MORRELAY, *defunctus*. *De inquirendo de terris suis in prima guerra Scotiæ captis in manum Regis, quas Thomas filius et hæres dicti Thomæ sibi reddi supplicavit.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod dictus Thomas, pater dicti Thomæ, statim post primam guerram Scotiæ ad pacem domini Regis fuit admissus et ad pacem dicti domini Regis se tenuit, et in fide dicti domini Regis obiit: et quod terræ et tenementa prædicta capta fuerunt in manum domini Regis eo quod idem Thomas pater fuit contra dominum Regem in prima guerra Scotiæ, et adhuc sunt in manum domini Regis ea ratione et non alia. Et dicunt quod Thomas filius Thomæ semper fuit ad pacem dicti domini Regis, et adhuc est. Cumbr'.

Item, de inquirendo de quibus terræ prædicti Thomæ defuncti tenentur, et si Thomas filius ejusdem Thomæ sit hæres propinquior.

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod tenementa in Aleneburgh' tenentur de Willielmo de Berchaude, idiota in custodia domini Regis, et de Roberto de Hedon' et Mariota uxore ejus, partici[pi]bus et dominis de Alneburgh. * * Dicunt etiam quod Thomas de Alneburgh', avus dicti Thomæ filii Thomæ de La Morryley, feoffavit Thomam de Cleter de hameletto de Goderikeby. * * Dicunt etiam quod dictus Thomas filius Thomæ de Moreley est hæres ejus propinquior: et dicunt quod est ætatis tredecim annorum. Cumbr'.

32. ADAM DE ERLETON'. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Adæ est propinquior hæres ejus, et erit ætatis quatuor annorum ad festum Sanctæ Petronillæ virginis proximo futurum. [*Inquisitio facta die Sabbati in festo Apostolorum Philippi et Jacobi.*] Salop'.

33. CHRISTIANA QUÆ FUIT UXOR ROBERTI DE BRUS. *Inq. p. m.*

Quia ad inquirendum de hæredibus ipsius Christianæ propinquioribus in Brevi Regis non continetur, ideo inde nihil actum est. Cumbr'.

Item, alia inquisitio de terris quas ipsa Christiana tenuit ad terminum vitæ suæ, et de hæredibus suis.

Dicunt [jurati] quod prædicta Christiana tenuit die quo obiit villas de Gamelesby et Unthank' cum pertinentiis ad terminum vitæ suæ ex concessione Johannis de Seton' qui eas concessit Roberto de Brus et prædictæ Christianæ uxori suæ et hæredibus de corporibus eorundem legitime exeuntibus; ita quod si prædicti Robertus et Christiana sine hærede de corporibus eorundem legitime procreatis obiissent, quod tunc prædictæ villæ de Gamelesby et Unthank' cum pertinentiis integre et quiete prædicto Johanni de Seton' et hæredibus suis reverterentur. Et dicunt quod prædicti Robertus et Christiana uxor ejus obierunt sine hærede de corporibus eorundem legitime procreato. Et dicunt quod prædictus Johannes de Seton' defunctus est: et quod Christophorus de Seton', filius dicti Johannis de Seton', est propinquior hæres ejusdem Johannis, et est ætatis viginti octo annorum et amplius. * * Et dicunt quod Johanna uxor Rogeri de Edneham, et Johanna uxor Roberti de Hodeleston', et Christiana uxor Johannis de Farlaine et Isabella uxor Hugonis de Bochardby, sunt propinquiores hæredes ejusdem Christianæ. Et Johanna uxor Rogeri de Edneham est ætatis triginta annorum et amplius; et Johanna uxor Roberti de Hodeleston' est ætatis viginti octo annorum et amplius; et Christiana uxor Johannis de Farlaine est ætatis viginti sex annorum et amplius; et Isabella uxor Hugonis de Bochardby est ætatis viginti quinque annorum et amplius.

Cumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 2.]

34. Willielmus de Ovile *alias* Oville. *Inq. p. m.*

Idem Willielmus simul cum Johanna uxore ejus, filia Jordani La Warre 'dudum defuncta,' conjunctim feoffati per prædictum Jordanum in liberum maritagium, sibi et hæredibus suis de corporibus eorundem legitime procreatis, tenuerunt manerium de Cnolle cum pertinentiis subscriptis de hærede Johannis Giffard 'infra ætatem et in custodia Regis existente.' * * Willielmus de Oville filius prædictorum Willielmi et Johannæ est eorundem hæres propinquior, et est ætatis quadraginta annorum et amplius.

Somerset'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 2.]

35. Magister Willielmus Burnel. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam prædicti jurati quod Edwardus Burnel, filius domini Philippi Burnel, est 'consanguineus et' propinquior hæres prædicti Magistri Willielmi Burnel; et est ætatis decem et octo annorum, ut intelligunt.

Oxon'.

36. Isabella de Grey. *Inq. p. m.*

Johannes de Grey 'nepos ipsius Isabellæ' est propinquior hæres dictæ Isabellæ, et est ætatis triginta annorum.

Northampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 19.]

37. Walterus Baudewyn *alias* Baldewyne. *Inq. p. m.*

Thomas filius prædicti Walteri est propinquior hæres ejusdem, et est ætatis viginti quinque annorum et amplius.

Suffolc'.

Ipse et Johanna uxor ejus 'adhuc superstes' tenuerunt ibidem de domino Rege in capite de hæreditate ipsius Johannæ quædam tenementa subscripta 'in Bergholte' de antiquis dominicis domini Regis. * * Thomas Baldewyn filius prædictorum Walteri et Johannæ est propinquior hæres tam prædicti Walteri quam Johannæ quondam uxoris suæ, et est ætatis viginti quinque annorum et amplius. Suffolc'.

38. Alicia de Scapwik' *alias* Skappewyk'. *Inq. p. m.*

Quidam Adam de Wavervile filius Margaretæ de Tirinton' et Andreas de Tirinton' filius Emmæ de Tirinton', sororum prædictæ Aliciæ de Skappewyk' defunctarum, sunt consanguinei et propinquiores hæredes ipsius Aliciæ. Et prædictus Adam est ætatis quadraginta annorum; et prædictus Andreas est ætatis triginta quinque annorum. Lincoln'.

Sunt etiam propartes dictorum Adæ et Andreæ de hæreditate ipsius Aliciæ.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 8.]

39. Willielmus de Goditon'. *Inq. p. m.*

Robertus de Goditon' 'filius prædicti Willielmi' est hæres ejus propinquior et de ætate triginta duorum annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 9.]

40. Robertus Moryn *alias* Morin. *Inq. p. m.*

Willielmus Morin est filius et hæres propinquior dicti Roberti et de ætate triginta sex annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 14.]

41. Radulphus de Cokeshale *alias* Coggeshale *alias* Goggeshale. *Inq. p. m.*

Laurentius de Plumbergh' qui messuagia terras et redditus prædicta aliquo tempore tenuit, * terras et tenementa illa dedit et concessit prædicto Radulpho de Coggeshale, Johanni filio ejusdem Radulphi et Sarræ uxori ejusdem Johannis nunc defunctæ. * * Præfatus Johannes de Coggeshale, filius prædicti Radulphi de Coggeshale, est ejus hæres propinquior et ætatis triginta annorum et amplius. Essex'.

Prædictus Radulphus de Goggeshale tenuit die quo obiit manerium de Pakelesham una cum Johanne filio suo et hærede et Sarra uxore dicti Johannis per feoffamentum Laurentii de Plomberewe, patris prædictæ Sarræ, factum prædictis Johanni et Sarræ et hæredibus ipsius Sarræ. * * Johannes de Goggeshale est filius et propinquior hæres prædicti Radulphi et ætatis triginta annorum et amplius. Essex'.

Johannes de Coggeshale, filius Radulphi de Coggeshale, est hæres ejus propinquior et ætatis viginti sex annorum. Essex'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 8.]

42. Michael de Spychewyk' *alias* Spicheswich'. *Inq. p. m.*

Prædictus Michael fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit de duabus partibus manerii de Spichewich' 'cujus tertiam partem Mariota quæ fuit uxor Willielmi de Spicheswych' tenet in dotem

de hæreditate prædicti Michaelis:' quod quidem manerium tenuit de hærede Roberti Waleraund' ut de manerio de Stoke Curcy; * quod quidem manerium 'de Stoke Curcy' simul cum tota hæreditate dicti hæredis est in manum domini Regis ratione idiotriæ ipsius hæredis. * * Willielmus filius dicti Michaelis est proximus hæres ejusdem, et erit in festo Annunciationis beatæ Mariæ proximo futuro ætatis octodecim annorum. [*Inquisitio facta* 24° *die Martii.*] Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 12 *Edw. I. m.* 9.]

43. Willielmus de Pageham. *Inq. p. m.*

Johannes filius Willielmi de Pageham propinquior hæres ejus est et de ætate sexdecim annorum et dimidii. [*Inquisitio facta* 7° *die Februarii.*] Southampton'.

44. Johannes Le Fauconer *alias* Faukener. *Inq. p. m.*

Johanna filia dicti Johannis defuncti, quam Johannes filius Johannis Le Buteler duxit in uxorem, est hæres ejus propinquior et de ætate viginti trium annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 11.]

45. Willielmus Gumbaud *alias* Gobaude. *Inq. p. m.*

Quædam Johanna Gobaud ætatis triginta annorum, Lora Gobaud soror ejus ætatis viginti quatuor annorum 'quam David de Fletwyk' duxit in uxorem,' et Margareta soror earundem Johannæ et Loræ ætatis viginti duorum annorum 'quam Laurentius de Holebeche duxit in uxorem,' sunt sorores prædicti Willielmi et ejus hæredes propinquiores conjunctim. Lincoln'.

Lora uxor David de Fletwyth', Margareta uxor Laurentii de Hollebech', Johanna Gumbaud quæ est monialis apud Swyne 'in comitatu Ebor',' et Christiana Gumbaud quæ est monialis apud Stykeswald' in comitatu Lincoln', sunt sorores prædicti Willielmi defuncti et hæredes ejus propinquiores, et omnes sunt plenæ ætatis. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 34 *Edw. I. m.* 13.]

46. Willielmus de Pakenham, *qui tenuit de hærede Roberti filii Roberti de Tateshale infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Edmundus filius prædicti Willielmi miles propinquior hæres ejus est, et est ætatis viginti septem annorum et amplius. Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 3; *et* 34 *Edw. I. m.* 6.]

47. Josceus Le Scrop'. *Inq. p. m.*

Johanna soror prædicti Joscei, quam Walterus de Osgodeby duxit in uxorem, est propinquior hæres ejusdem Joscei et ætatis triginta annorum. Lincoln'.

[*Vide n°* 212 *hoc anno; et Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 19.]

48. Robertus de La Berwe, *qui tenuit de hærede Willielmi de Berkeleye infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod prædictus Robertus tenuit per Johannam uxorem suam unum messuagium, &c. * quas quidem terras et tene-

menta prædicta Johanna, antequam desponsata fuit eidem Roberto, perpetravit de Johanne de La Berwe patre prædicti Roberti ad terminum vitæ prædictæ Johannæ. * * Johannes atte Berwe, frater prædicti Roberti, est hæres ejus propinquior, et fuit ætatis undecim annorum ad festum Natalis Domini proximo præteritum. [*Inquisitio capta* 14° *die Decembris.*] Gloucestr'.

49. Ricardus de Asheby *alias* Assheby. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Ricardi est propinquior hæres ejus, et erit septendecim annorum de ætate in crastino Cinerum proximo futuro. *Idem Ricardus quædam tenementa habuit conjunctim cum Alicia uxore ejus.* [*Inquisitio facta die Veneris ante festum Sancti Nicholai.*] Leicestr'.

50. Thomas de Gorges. *Inq. p. m.*

Idem Thomas et Emma uxor ejus conjunctim tenuerunt die, quo idem Thomas obiit, villatam de Schupton' Maurward in eodem comitatu de domino Rege in capite ut de honore Christi Ecclesiæ de Twynham, nunc in manu dominæ Margaretæ Reginæ Angliæ ex dono domini Regis existente, per servitium unius feodi militis, de dono et feoffamento Willielmi de Gorges fratris prædicti Thomæ, 'habendam et tenendam eisdem Thomæ et Emmæ et hæredibus ipsius Thomæ imperpetuum.' * * Johannes filius prædicti Thomæ est ejusdem hæres propinquior, et fuit ætatis quinque annorum in festo Ascensionis Domini ultimo præterito. [*Inquisitio facta* 4° *die Augusti.*] Dorset'.

Johannes filius dictorum Thomæ et Emmæ est propinquior hæres ejusdem Thomæ, et fuit ætatis quinque annorum . . . . . proximo præterito anno supradicto [33°]. Devon'.

51. Henricus de La Pomeray. *Inq. p. m.*

Henricus de La Pomeray filius dicti Henrici est proximus hæres ejus et ætatis quatuordecim annorum. Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 4 *Edw. II. m.* 10.]

52. Johannes Dammory *alias* Dammary. *Inq. p. m.*

Johannes Dammary, filius prædicti Johannis Dammary, est ejus hæres propinquior, et erit ætatis unius anni ad festum Sancti Michaelis proximo venturum. [*Inquisitio facta* 16° *die Augusti.*] Somerset'.

53. Thomas de Boltesham. *Inq. p. m.*

Thomas filius Thomæ de Bucton' est nepos dicti Thomæ de Boltesham et hæres ejus propinquior, et fuit de ætate duodecim annorum ad festum Omnium Sanctorum anno regni Regis Edwardi prædicti tricesimo secundo. Warewic'.

Dicunt [juratores] quod Thomas filius Thomæ de Boketon' est propinquior hæres prædicti Thomæ de prædictis tenementis [in Braundeston' et Braundeston' Bery]; et prædictus Thomas filius Thomæ . . . . . Aliciæ filiæ prædicti Thomæ de Boltesham. Et prædictus Thomas filius Thomæ est ætatis duodecim annorum. * * Item dicunt quod prædictus Thomas de Boltesham tenuit in villa de

Staverton' per curialitatem Angliæ de hæreditate Senicle quondam uxoris suæ ad terminum vitæ suæ 14*l.* 10*s.* 9*d.* de redditu assiso. * Prædicta Senicla habuit quatuor filias, videlicet, Sibillam quæ mortua est et habuit filium et hæredem Nicholaum de Couesgrave qui est plenæ ætatis; Agnetem quæ mortua est et vendidit jus suum Roberto Kynne de quo 'finis se' levavit in curia domini Regis inter eos; Isabellam quæ mortua est et habuit duas filias, videlicet, Agnetem et Matildam, quasi unum hæredem, quæ sunt plenæ ætatis; et Aliciam quæ mortua est et habuit filium et hæredem Thomam filium Thomæ de Boketon' qui infra ætatem est et ætatis duodecim annorum. Northampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 3 *et m.* 2.]

54. JOHANNA CHARLES (QUÆ FUIT UXOR WILLIELMI CHARLES). *Inq. p. m.*

Edwardus filius prædictorum Willielmi Charles et Johannæ uxoris ejus est propinquior hæres prædictorum Willielmi Charles et Johannæ, secundum formam chartæ feoffamenti quam dominus Rex nunc fecit præfatis Willielmo et Johannæ et hæredibus ipsius Willielmi, et est ætatis triginta sex annorum et amplius. Suffolc'.

Edwardus filius ejusdem Johannæ propinquior hæres ejus est, et est ætatis triginta sex annorum et amplius. Norfolc'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 9 *bis.*]

55. NICHOLAUS DE TRENODA. *Inq. p. m.*

Johannes de Trenoda filius antenatus dicti Nicholai est proximus hæres ejusdem et ætatis duodecim annorum. Cornub'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 16.]

56. JOHANNES DE SUTTON'. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Johannis de Sutton' est hæres ejus propinquior, et fuit ætatis sexdecim annorum die Dominica proximo ante festum Sancti Petri in Cathedra ultimo præteritum. [*Inquisitio facta* 9° *die Martii.*] Nottingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 4 *Edw. II. m.* 14.]

57. ROBERTUS LE BAUD. *Inq. p. m.*

Symon filius prædicti Roberti Le Baud est hæres ejus propinquior et ætatis triginta annorum et amplius. Northampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 1.]

58. FULCO BAYNARD. *Inq. p. m.*

Robertus filius prædicti Fulconis propinquior hæres ejus est, et est ætatis quadraginta annorum et amplius. Norfolc'.

59. HUGO DE WESTON', *qui tenuit de hærede Ricardi filii Alani Comitis Arundell' infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Hugonis de Weston' est propinquior hæres ejusdem Hugonis, et fuit ætatis viginti octo annorum ad festum Paschæ ultimo præteritum. [*Inquisitio facta die Veneris ante festum Sancti Luce Evangeliste.*] Stafford'.

60. WILLIELMUS DE TENDRING'. *Inq. p. m.*

Johannes filius Willielmi de Tendryngg' est propinquior hæres ipsius Willielmi, et est ætatis viginti duorum annorum et amplius. *Idem Willielmus et Beatrix uxor ejus et Thomas filius corundem quædam tenementa conjunctim tenuerunt.* Suffolc'.

61. WILLIELMUS LE CAVE. *Inq. p. m.*

Nicholaus filius prædicti Willielmi Le Cave est hæres ejusdem Willielmi propinquior, et ætatis quatuordecim annorum et dimidii. [*Inquisitio facta* 13° *die Julii.*] Buckingham'.

62. WILLIELMUS DE MARTON'. *Inq. p. m.*

Dicunt [juratores] quod Isabella quondam uxor dicti Willielmi defuncti feoffata fuit conjunctim cum Willielmo prædicto tota vita sua de dicto annuo redditu dicti molendini [in Elslak']. * Et dicunt quod Willielmus de Marton', qui nunc est, est filius dicti Willielmi de Marton' defuncti et suus propinquior hæres. De ætate dicti Willielmi filii et hæredis dicti Willielmi defuncti, dicunt quod idem Willielmus fuit die Mercurii in septimana Pentecostes anno regni Regis Edwardi tricesimo tertio de ætate viginti et septem annorum. Ebor'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 1.]

63. JOHANNES LESTRAUNGE *alias* LE STRAUNGE, DE LUCHAM, *qui tenuit de hærede Ricardi filii Alani Comitis Arundell' infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Dicunt [jurati] super sacramentum suum quod dictus Johannes Le Straunge de Lucham et Clementia uxor ejus, die quo idem Johannes obiit, conjunctim tenuerunt quasdam terras et quædam tenementa in Welyngham cum hundredis de Laundiz et Suthgrenehowe de hærede Ricardi filii Alani quondam Comitis Arundell'. * * Et prædicti jurati quæsiti qualiter prædicti Johannes et Clementia uxor ejus tenuerunt prædictas terras et tenementa cum hundredis conjunctim, dicunt quod prædictas terras et tenementa in Welyngham tenuerunt per finem inde levatum in curia domini Regis; et prædicta duo hundreda tenuerunt de dono et feoffamento Johannis Le Straunge patris prædicti Johannis Le Straunge defuncti. * * Dicunt etiam prædicti jurati quod Radulphus frater prædicti Johannis propinquior hæres ejus est, et est ætatis quinquaginta annorum et amplius. Norfolc'.

Item, de prædictis hundredis de Laundiz et Suthgrenehowe.

Johannes Lestraunge de Lucham et Clementia uxor ejus feoffati fuerunt de hundredis de Laundiz et Suthgrenehowe per Johannem 'Lestraunge' patrem prædicti Johannis, anno regni Regis Edwardi vicesimo secundo, et prædicta hundreda conjunctim tenuerunt usque vicesimum primum diem Maii ultimo præteritum, quo die præfatus Johannes quondam vir ipsius Clementiæ obiit. Et prædicti juratores requisiti de quo vel de quibus præfatus Johannes, pater ipsius Johannis, vel aliquis antecessorum suorum dicta hundreda perquisivit, et qualiter et quo modo, dicunt quod quidam Durantus Le Straunge, antecessor

Johannis Le Straunge de Lucham patris prædicti Johannis defuncti, tempore quo non extat memoria, perquisivit prædicta hundreda de Laundiz et Suthgrenehowe de Flando filio Alani quondam domino de Milham. * Et prædicta hundreda successione hæreditaria descendebant de prædicto Duranto cuidam Radulpho ut filio et hæredi 'ipsius Duranti'; de ipso Radulpho cuidam Radulpho ut filio et hæredi; de ipso Radulpho Johanni Le Straunge qui prædictos Johannem et Clementiam feoffavit, tenenda sibi et hæredibus ipsius Johannis de Ricardo filio Alani tunc Comite Arundell' domino de Milham. Norfolc'.

64. Milo de Hastinges. *Inq. p. m.*

Idem Milo tenuit die quo obiit medietatem manerii de Stok' Goldington' cum pertinentiis, per legem Angliæ de hæreditate Dyonisiæ quondam uxoris suæ, ad terminum vitæ de domino Rege in capite ut de honore Peverelli. * * Milo nepos 'prædicti' Milonis de Hastinges 'et prædictæ Dyonisiæ' propinquior hæres prædicti Milonis est 'et similiter prædictæ Dyonisiæ,' et est ætatis triginta annorum et amplius. Buckingham'.

Juratores dicunt per sacramentum suum quod prædictus Milo nullas terras aut tenementa tenuit de domino Rege in capite die quo obiit in hoc comitatu, quia dicunt quod prædictus Milo dedit manerium prædictum [Eleford'] cum pertinentiis cuidam Thomæ de Hastynges filio suo habendum sibi et hæredibus suis. * * Et dicunt quod quidam Milo de Hastynges, filius Philippi de Hastynges filii prædicti Milonis defuncti, est propinquior hæres prædicti Milonis, et est ætatis triginta annorum et amplius. Oxon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 5.]

65. Henricus de Sturmy *alias* Stormy. *Inq. p. m.*

Henricus de Sturmy est filius et hæres propinquior dicti Henrici defuncti, et de ætate viginti trium annorum. Southampton'.

[*Vide Rot. Fin.*, 34 *Edw. I. m.* 15.]

66. Willielmus de Campo Arnulphi. *Inq. p. m.*

Henricus filius dicti Willielmi est proximus hæres ejusdem et ætatis triginta trium annorum et amplius. Cornub'.

Henricus filius dicti Willielmi est proximus hæres ejusdem et ætatis triginta annorum et amplius. Devon'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 15.]

67. Galfridus de Lucy *alias* Luci. *Inq. p. m.*

Galfridus filius prædicti Galfridi de Luci est propinquior hæres ejus et de ætate sexdecim annorum et amplius. Bedford'.

Prædictus Galfridus et Desiderata uxor ejus tenuerunt conjunctim 'die obitus ipsius Galfridi' manerium de Cobelintone cum pertinentiis ex dono Willielmi de Leiburne tenendum eisdem Galfrido et Desideratæ et hæredibus de corporibus eorum exeuntibus. * *

Galfridus filius prædicti Galfridi de Luci est propinquior hæres ejus et de ætate septendecim annorum et amplius. Buckingham'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 14; *et* 4 *Edw. II. m.* 17.]

68. WILLIELMUS BASSET, *qui fuit filius Laurentii Basset filii Alani Basset. Inq. p. m.*

Willielmus filius Willielmi Basset est proximus hæres ejusdem et ætatis quinque annorum. Cornub'.

Willielmus filius prædicti Willielmi Basset est hæres ejus propinquior, et fuit ætatis quatuor annorum in festo Sancti Michaelis ultimo præterito. [*Inquisitio facta* 26° *die Januarii.*] Sussex'.

Hawisia mater ipsius Willielmi Basset defuncti et Alicia quæ fuit uxor ejus dotatæ sunt.

69. ADAM DE CROKEDAYK' *alias* DEL CROKDAYK'. *Inq. p. m.*

Johannes del Crokdayk', filius prædicti Adæ del Crokdayk', est propinquior hæres ejusdem Adæ, et est ætatis triginta annorum et amplius. Cumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 11.]

70. ROGERUS DE BURGHHULLE. *Inq. p. m.*

Rogerus filius Rogeri de Burghulle filii prædicti Rogeri est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis duorum annorum die Sancti Fredeswidæ Virginis proximo præterito. [*Inquisitio facta die Jovis ante festum Palmarum.*] Hereford'.

71. HAMUNDUS DE PYNKENY. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam prædicti jurati quod dictus Hamundus et Alicia uxor ejus conjunctim feoffati fuerunt 'per Willielmum de Pynkeni patrem prædicti Hamundi ibidem' sibi et hæredibus ipsius Hamundi, die quo idem Hamundus obiit, de uno messuagio et sex acris terræ arabilis, &c. * * Johannes filius dicti Hamundi propinquior hæres ejus est; et die Sancti Thomæ Apostoli anno regni Regis Edwardi tricesimo tertio fuit idem Johannes ætatis quatuordecim annorum. Norfolc'.

72. JORDANUS DE SAY *alias* LE SAY, *qui tenuit de hærede Hugonis de Mortuo Mari infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Quidam Jordanus Le Say est filius et hæres propinquior dicti Jordani, et fuit de ætate triginta annorum ad festum Sancti Lucæ Evangelistæ anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici tricesimo secundo. Warewic'.

73. EGIDIUS DE BREWOSA *alias* BREOUSE. *Inq. p. m.*

Idem Egidius tenuit manerium de Crowell' cum pertinentiis die quo obiit ad terminum vitæ suæ per legem Angliæ de hæreditate Beatricis filiæ et hæredis Johannis de Sancta Elena quondam uxoris suæ per mortem ejusdem Beatricis. * * * Lucia filia ejusdem Egidii 'et prædictæ Beatricis' propinquior hæres ejus est, et fuit ætatis septem annorum ad festum Sancti Michaelis proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 6° *die Martii.*] Oxon'.

Johannes de Brewosa filius Egidii de Brewosa est ejus hæres propinquior, et fuit ætatis trium annorum et dimidii in festo Purificationis Beatæ Mariæ ultimo præterito. [*Inquisitio capta in festo Sancti Mathiæ Apostoli.*] Dorset'.

Johannes filius prædicti Egidii propinquior hæres ejus est, et fuit ætatis trium annorum ad festum Sancti Augustini Anglorum Apostoli proximo præteritum. [*Inquisitio facta* 18° *die Martii.*] Buckingham'.

74. Hugo de Odingseles *alias* Oddyngeseles. *Inq. p. m.*

Johannes filius prædicti Hugonis propinquior hæres ejus est, et est ætatis viginti et sex annorum et amplius. Oxon'.

Quidam Johannes de Oddyngeseles est filius et hæres dicti Hugonis propinquior, et est ætatis viginti octo annorum. Warewic'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 9.]

75. Johannes de Thedmers. *Inq. p. m.*

Dicunt etiam [juratores] quod sunt ibidem [in Thedmers] sex acræ terræ arabilis quas prædictus Johannes et Sarra uxor ejus conjunctim perquisiverunt sibi et hæredibus ipsius Johannis; et inde conjunctim feoffati sunt de dono Thomæ de Thedmers. * * Sunt etiam apud Hashamstede duæ virgatæ terræ, quæ sunt liberum maritagium Sarræ uxoris prædicti Johannis de dono . . . [Almerici ?] Le Vernayl patris prædictæ Sarræ, quæ non currunt in hac extenta. Et dicunt quod Johannes de Thedmers, filius et hæres prædicti Johannis, est propinquior hæres ejus, et est ætatis novemdecim annorum et amplius. Berk'.

76. Johannes Le Bigod *alias* Bygod, de Stocton'. *Inq. p. m.*

Radulphus filius prædicti Johannis propinquior hæres ejus est, et est ætatis viginti annorum et amplius. Norfolc'.

Juratores dicunt quod dictus Johannes Le Bygod defunctus tenuit manerium de Seteryngton' cum pertinentiis de domino Rege in capite, quod manerium Rogerus Le Bygod Comes Norfolc' et Mareschallus Angliæ dedit per chartam suam præfato Johanni Le Bygod de Stoketon' et Isabellæ uxori suæ. * * * De hærede, quis propinquior hæres prædicti Johannis defuncti sit et cujus ætatis, ignorant [juratores] quia filii et filiæ prædicti Johannis defuncti nascebantur in comitatu Norfolciæ ut . . . . . Ebor'.

Item, inquisitio de quibusdam tenementis de quibus Isabella quæ fuit uxor prædicti Johannis Le Bigod dotem suam petit assignari, quia Lætitia quæ fuit uxor Roberti de Lodne et Isabella quæ fuit uxor Philippi Burnel eadem tenementa non tenent in dotem sicut per inquisitionem Rex accepit.

[*Vide Rot. Fin.*, 5 *Edw. II. m.* 18.]

77. Walterus de Hopton', *qui tenuit de hærede Ricardi Comitis Arundell' infra ætatem existente. Inq. p. m.*

Walterus filius Walteri de Hopton' est ejus hæres propinquior et ætatis duorum annorum et plus. Salop'.

78. Brianus de Brompton', *defunctus. Extenta terrarum, &c.*

79. THOMAS DE LUCY. *Inq. p. m.*

Thomas filius prædicti Thomæ est propinquior hæres ejusdem Thomæ de Lucy defuncti, et erit ætatis viginti quatuor annorum ad festum Ascensionis Dominicæ proximo futurum. [*Inquisitio facta die Veneris ante festum Sancti Marci Evangelistæ.*] Northumbr'.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 10; *et* 2 *Edw. II. m.* 13.]

80. ROBERTUS DE SCALES. *Inq. p. m.*

Robertus filius prædicti Roberti propinquior hæres ejus est, et ætatis viginti sex annorum et amplius. Norfolc'.

Prædictus Robertus die quo obiit et Isabella uxor ejus, conjunctim feoffati per Ricardum Weylaund et Johannam uxorem ejus, tenuerunt quædam tenementa.

[*Vide Rot. Fin.*, 33 *Edw. I. m.* 3.]

81. ELIAS DE ALBINIACO. *Inq. p. m.*

Radulphus de Albiniaco filius prædicti Eliæ est hæres ejusdem propinquior, qui nascebatur tertio die Martii ultimo præterito. [*Inquisitio facta* 24° *die Aprilis.*] Somerset'.

Prædictus Elias et Johanna uxor ejus tenuerunt conjunctim die quo dictus Elias obiit quoddam manerium cum pertinentiis in Suth Engleby, *&c.* * * Quidam Radulphus de Albiniaco est filius dictorum Eliæ et Johannæ et eorum hæres propinquior, et est ætatis septem septimanarum. Lincoln'.

[*Vide Rot. Fin.*, 34 *Edw. I. m.* 9.]

82. MARGARETA FILIA THOMÆ DE STIRKELAND', *suspensa. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

83. RICARDUS FILIUS UGHTREDI BITHEWATER, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

84. JOHANNES FROMUND', *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

85. HENRICUS MAUVEYSYN. *Inq. ad q. d.*

86. BALDEWINUS LE VEGHE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

87. WILLIELMUS FILIUS WILLIELMI STURMY—*pro* PRIORE HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS JERUSALEM IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*

88. JOHANNES LE PALMERE, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

89. HUGO LE REDEMON, *suspensus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

90. MATILDA LA MARESCHALE, *defuncta. Extenta cujusdam domus &c. in London'.*

Dicunt [juratores] super sacramentum suum quod jam viginti annis elapsis prædicta Matilda obiit; post cujus mortem quidam Bartholomæus Faber intravit dictam domum per voluntatem domini Regis, ut

intelligunt, et illam tenuit usque decimum octavum annum regni dicti domini Regis nunc; * qui dicto anno decimo octavo obiit; post cujus mortem intravit Johanna Goldcorn uxor dicti Bartholomæi et illam tenuit usque ad festum Omnium Sanctorum anno Regis Edwardi nunc 31°; * quæ tunc obiit; post cujus mortem intravit dictam domum quædam Sarra filia et hæres dicti Bartholomæi et tenuit usque nunc. London'.

91. Willielmus Opkeliok'—*pro* Ebulone de Montibus. *Inq. ad q. d.* Scotia.

92. Johannes filius Nicholai Laurence, de Wedenesfeld', *suspensus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*

93. Adam de Sheynton' et Bernardus de Sheynton', *utlagati*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*

94. Hugo Le Harpur. *Inq. ad q. d.*

95. Johannes filius Stephani del Wra, *utlagatus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*

96. Robertus filius Walteri de Wodeham—*pro* Ada de Waldingfeld'. *Inq. ad q. d.:—ita quod post mortem dicti Adæ manerium de Fincham remaneat Roberto filio prædicti Roberti filii Walteri.*

97. Matilda de Dagworth'—*pro* Johanne de Dagworth' filio et hærede suo. *Inq. ad q. d.*

[*Vide Rot. Fin.*, 32 *Edw. I. m.* 7; *et* 1 *Edw. II. m.* 3.]

98. Magister Johannes de Staundon'—*pro* Priore et Conventu de Thetford'. *Inq. ad q. d.*

99. Willielmus filius Nigelli de Burgstede, *utlagatus*. *De anno et die qui ad Regem pertinent.*

100. Abbas et Conventus Sancti Petri Gloucestr'. *Inq. ad q. d.*

101. Edmundus filius Ricardi de Cornubia. *De libertatibus.*

102. Willielmus Tuchet—*pro* Willielmo de Bello Campo. *Inq. ad q. d.*

103. Prior et Conventus de Kirkeby Monachorum. *Inq. ad q. d.*

104. Johannes de Bello Campo, de Fifhide—*pro* Magistro Ricardo de Neuport Archidiacono Middlesex'. *Inq. ad q. d.*

105. Adam de La Ford'—*pro* capella Beatæ Mariæ de La Forde. *Ducæ Inq. ad q. d.—de annis* 30° *et* 33°.

106. Ricardus de Breccles *capellanus*—*pro* Magistro et Fratribus Hospitalis Sancti Salvatoris de Norwico. *Inq. ad q. d.*

107. Abbas et Conventus Cluniacensis. *Inq. ad q. d.—de terris adquisitis de Johanne de Offord' et Isabella uxore ejus.*

108. Johannes de Lancastr'—*pro* Priore et Canonicis de Tremhale. *Inq. ad q. d.*

109. Magister et Fratres Hospitalis Sancti Johannis Baptistæ de Hocclyve. *Inq. ad q. d.*

110. THOMAS DE LEXHAM — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS ORDINIS SANCTI AUGUSTINI DE LENN'. *Inq. ad q. d.*

111. WALTERUS LE CLERK' DE CHILTENHAM—*pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS DOMUS SANCTI JOHANNIS DE CIRENCESTR'. *Inq. ad q. d.*

112. JOHANNES DE BYERN—*pro* MAGISTRO RICARDO DE HERTFORD' ET PETRO FILIO ROBERTI DE HERTFORD'. *Inq. ad q. d.*

113. ROBERTUS DE SEFELD' ET PAULUS DE WYKHAM *capellanus* — *pro* MAGISTRO ET FRATRIBUS DOMUS DEI DE DONEWICO. *Inq. ad q. d.*

114. ROGERUS DE INGEPENNE JUNIOR ET JOHANNA UXOR EJUS—*pro* ROGERO DE INGEPENNE SENIORE. *Inq. ad q. d.*

[*Vide Rot. Fin.*, 34 *Edw. I. m.* 11.]

115. THOMAS DE BRIGHAM — *pro* ABBATE ET CONVENTU DE BURGO SANCTI PETRI. *Inq. ad q. d.*

116. ADAM LUCAS—*pro* PRIORE ET CONVENTU DE WORMESLEYE. *Inq. ad q. d.*

117. JOHANNES DE ARDERNE—*pro* PETRO SAVEREY. *Inq. ad q. d.*

118. ABBAS ET CONVENTUS DE MELSA. *De valore ecclesiæ de Skipse in Holdernesse.*

119. ABBAS ET CONVENTUS DE TEUKESBURY. *Inq. ad q. d.*:—*de tenementis adquisitis de Petro de Leicestr'.*

120 (*a*). PETRUS DE CUSANTIA. *Inq. ad q. d.*

120 (*b*). REGINALDUS FILIUS RICARDI DE PENRES. *Inq. ad q. d.*

121. ADAM DE STRATTON'—*pro felonia exhæredatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

122. PRIOR ET FRATRES ORDINIS BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELI DE SANCTO BOTULPHO. *Inq. ad q. d.*:—*de terris adquisitis de Roberto de Wellebek.*

123. RICARDUS ALMOND — *pro* PRIORE ET FRATRIBUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS JERUSALEM IN ANGLIA. *Inq. ad q. d.*

124. JOHANNES DE HESELARTON' — *pro* PRIORE ET CONVENTU DE MALTON'. *Inq. ad q. d.*

125. STEPHANUS DE ABYNDON'. *Inq. ad q. d.*

126. ABBAS ET CONVENTUS DE SANCTO EDMUNDO. *Inq. ad q. d.*

127. ADAM DE TWINHAM. *Inq. ad q. d.*:— *de tenementis adquisitis de Christophoro de Seton'.*

128. ABBAS DE SANCTO ALBANO. *Inq. ad q. d.*: — *de tenementis adquisitis de Roesia quæ fuit uxor Willielmi Thurkild.*

129. ADAM WYKING'—*pro* HUGONE DE DENFORD' ET JOHANNE DE FAIRFORD'. *Inq. ad q. d.*

130. JOHANNES FILIUS ROBERTI DE ROTHWELL', *utlagatus. De anno et die qui ad Regem pertinent.*

3674